¶Secũdo queritur: an capitulũ succedat in ptate visitãdi totam diocesim ⁊ inquirendi crimina. de hoc habes bonã glo. in cle. j. de here. Jo. an. cõcludit q⁹ potestas generaliter visitãdi nõ transit in capituluꝫ. ¶Et ꝑcedit opinio Jo. mo. Sed potestas specialiter inquirẽdi ꝛ aliquos diffamatos transit: ⁊ sic ꝑcedit opinio Archi. Fundamentũ huiꝰ distinctionis est q⁹ capitulũ est administrator necessarius: nõ volũtarius. vnde succedit in his q̃ necessario: ⁊ nõ volũtarie sunt expediẽda. ꝫ visitatio generalis est volũtaria: specialis vo necessaria ¶Et multi antiqui doc. amplexati sunt istam theoricam. sed panor. indistincte tenet q⁹ etiã visitare possit generaliter: q⁹ visitatio fit ex necessitate iurꝫ vt pz in. c. sopite. de cen.

¶Tercio dubitat: nũquid capitulũ possit visitare monasteria monialiũ exempta que visitat epus autoritate aplica: vt in cle. ij. de sta. reg. lap. ab. cõsuluit. q⁹ nõ. ¶Et ita refert ꝛndisse sibi Jo. an. mouetur q⁹ capitulũ nõ succedit in his que competunt episcopo iure speciali. vnde non succedit in ptate cognoscẽdi de feudo: vt notat in. c. verũ. de fo. cõpe. ¶Et idem sentit Feñ. cõsilio. xxx. Multi tamen cõtrarium tenuerũt. dicẽtes: q⁹ si epus hz absoluere vt delegatus: q⁹ potestas trãsit ad capituluꝫ. p. c. vnicũ de ma. ⁊ obe. li. vj. qõ loquit indistincte Panor. tamẽ plus placet opi. j.

¶Quarto dubitat: nũquid capituluꝫ possit sede vacante facere statuta distringẽtia totã diocesim. Panor. ſm Feñ. cõsilio. xvj. dicit q⁹ sic. dependet eñ hoc a iurisditiõe: vt in. c. fi. de consti. li. vj. in q̃ quidem iurisditiõe capitulũ succedit. ¶Et talia statuta durant etiã in tempus futuri epi: q⁹ de natura statuti est vt sit perpetuũ. licꝫ extiguat potestas statuentis: vt in. c. fi. de offi. leg. ¶Epus tamẽ potest illa statuta reuocare: q⁹ nõ pot capitulũ statuere in ꝓiudicium futuri episcopi sicut nec ꝑcessor in ꝓiudicium successoris: q⁹ par in parẽ nõ habet imperiũ. de elec. ĩnotuit.

¶Quito dubitat: nũquid possit sede vacãte capituluꝫ dispensare in casibꝫ in quibꝫ ꝓmittit epo. Panor. ſm Feñ. cõsilio. xl. ꝓcludit q⁹ sicĩã dispẽsatio depẽdet a iurisditiõe.

¶Sexto dubitat: Quid si epus hz collationem cũ alio: vel aliqui debẽt reqrere ꝓsiliũ epi ĩ aliquo actu. nũquid capitulũ succedit. Panor. ꝓcludit q⁹ nõ p. c. vnicũ. ne se. va. li. vj.

¶Septimo: nũquid capitulũ succedat in iurisditiõe quã hz epus ex ꝓsuetudine. puta epus habet interesse alicui electiõi ex ꝓsuetudine. Jo. in c. scriptũ. de elec. sentit q⁹ nõ. sed collectarius tenet ꝓtrariũ. q⁹ eadem rõ debet esse in additamẽto quẽ in principali qõ satis placet panor. exquo illa iurisditio ꝓpetit epo: vt epo. Sed idem panor. in. c. illa. ō elec. tenet opinionẽ Jo. dicẽs q⁹ hoc cõiter tenẽt a doc.

¶Octauo: nũquid succedat in priuilegijs indultis dignitati ẽpali. vt in. c. fi. cũ ꝓcor. ibi positis in glo. de priui. li. vj. ¶Et ꝓcludit q⁹ nõ. qõ hz Jo. an. ꝑ indubitato. nã priuilegiũ nõ dz excedere psonã priulegiati. vt in. c. sane. de priui.

¶Nono: nũquid capitulũ possit dare indulgẽtias. de quibꝫ in. c. cum ex eo. de pe. ⁊ re. Si tenẽt q⁹ sint iurisditionis: quod est cõmunius. tũc dubitari põt: q⁹ videt actus volũtarius ⁊ nõ necessarius. Posset tñ teneri ſm Panor. q⁹ possit: q⁹ cuꝫ infra dicãt q⁹ capitulũ succedit in iurisditiõe. et nõ distinguãt inter cõtentiosam ⁊ volũtariam. debꝫ intelligi in vtraq;

¶Decimo: nũqd capitulũ succedat in potestate doctorãdi. vbi epo hec potestas ꝓpetit: nec aliqd ĩ priuilegio cauetur de caplo. ¶Et in hoc panor. cõcludit q⁹ aut epus habet hanc potestatẽ ex priuilegio speciali. ¶Et nũc nõ transit in capitulũ. p superius dicta. Aut habet a iure cõmuni. ſm opinionẽ quã sentit Jo. vt notat glo. in cle. ij. de magi. ¶Et tũc caplm succedit.

¶Si archiepiscop⁹ absoluat excõicatos ab episcopo in casu ꝑcesso. nõ valet absolutio: q⁹ est a nõ suo iudice: extra de offi. ordi. pastoralis. Sed si p appellationẽ causa defertur ad eum. poterit absoluẽ ita tamen q⁹ nõ nisi vocatis partibus. ⁊ cognito de appellatione. extra de ap. romana li. vj.

¶Episcopus existens in aliena diocesi absoluere non potest in his que requirũt cause cognitionem: quia neq; sedere ꝓ tribunali potest. ix. q. ij. episcopũ. Secus si nõ requirãt cause cognitionẽ: quia hic pertinẽt ad volũtariaꝫ iurisditionẽ. ¶Episcopi autẽ expulsi possunt exercere iurisditionem in aliena diocesi: petita tamẽ licentia ab episcopo diocesis et si non obtenta. ita q⁹ subditi nõ expulsores vel eorum fautores: seu consiliarij vltra duas dietas a fine sue diocesis non trahantur: vt in cle. ꝗuis. de foro compe. et sic possunt absoluere.

¶Querit glo. in. c. nouit. ō offi. le. de notabili. q.

b

que facit multum ad predicta. Utrum legatus: vel alius ordinarius existens extra territoriū suū possit excōmunicare. absoluere. z causas delegare z similia. Panor. ibi dicit q̄ mens glo. est: vt existens extra territoriū suum non possit excōmunicare. nec absoluere. nec alia que exigunt cause cognitionē explicare. Sed p̄ferre beneficia. z causas delegare et reliqua que sunt iurisditionis exercere potest. Et ista est bona doctrina. Et prima ps probat̄ per l. fi. ff. de offi. p̄. vt. sēda vo in l. ij. ff. d offi. procō. Inno. respectu absolutionis dat hanc limitationē. sez q̄ si existens in territorio dep̄hendit se errasse in excōmunicādo poterit absoluere. q̄ ista absolutio fiet sine cause cognitione. Aliam limitationem respectu excōmunicatiōis ponit Jo. di. q̄ in notarijs potest excōmunicare subditū extra territorium: quia notaria nō exigunt cause cognitionem. vt in. c. euidentia. de accu. Et sint illa que expediūtur sine cause cognitione. z nō pro tribunali. fulminabit. al's autē si vellet contentiose procedere. non teneret processus etiam si non excip̄eretur. quia iurisditio inheret territorio. etiā si haberet cōsensum illius iudicis non valet nisi ptes consentiant. quia partes inuite nō possunt trahi extra territorium. vt notat glo. in. c. litigantes. de offi. or. in. vj. Fallit tū in casu. d. cle. ē̄nis.

¶ Episcopus potest absoluere a sententia lata p̄ suum archidiaconū plebanum. vel alium sub eo iurisditionem habētem. sed non debet sine cōscientia illius. et congrua satisfactione. de offi. or. cuz ab ecclesiarū. et. c. ad reprimēdam. Si tamen absoluit: valet. Et est ratio quia episcopus est iudex ordinarius tam laicorum q̄ clericorum sui episcopatus. ar. in autētico de defen. ci. in p̄ncipio.

¶ Qui de vno episcopatu domicilium transfert ad alium potest per secūdum episcopū absolui ab excōmunicatione iurz quam incurrerat in dioceſi p̄ioris. sicut etiam a peccato ibi cōmisso. et hoc siue tale ius sit ius cōmune. siue synodale vel huiusmodi. Et hoc nisi pape reseruet casus. Et idez tenet Ri. in. iiij. di. xviij. ar. ix.

¶ Utrū a sententia excōmunicatiōis lata p̄ statutum archiepiscopi seu episcopi possit p̄opinus episcopus excōmunicati absoluere. Rñ. Panor. in. c. ex frequētibus. de instī. dicit q̄ sic. satisfactōe tamen p̄missa. vnde non est necesse ire p̄o absolutione ad illuz qui statutum edidit. z hoc p̄batur expresse per tex. ibi sic inducendo. nam solus archiepiscopus ibi excōmunicationē p̄otulerat. z tamen papa mandat omnibus suffraganeis. vt illam non relaxent. nisi satisfactōne p̄missa. ergo possunt absoluere. licet ipsi nō excōmunicauerint sed eorum superior. Et hoc tenet Jo. an. et archi. nam non debet esse maioris potentie canon inferiorus q̄ pape. sed a sentētia canonis pape potest quilibet episcopus ꝓprium absoluere sibi subditū si papa sibi nō reseruauit absolutionem. ergo fortius idem dicendum in sententia canonis inferiorus. Idem tenet Panor. in. c. graue de p̄bē. vbi extendit dictum casum non solum ad episcopos suffraganeos. sed etiam ad alios ep̄os. vt possint absoluere subditos suos qui in aliena dioceſi incurrerunt sententiā excōmunicationis per statutum archiepiscopi vel legati. z huiusmodi. Et dat exemplū. Pone statutum episcopi Benensis fulminat excōmunicationem contra intrantes monasteria monialium. quidam forensis incidit in illam excōmunicationē. nūquid poterit absolui a suo episcopo. Et concludit q̄ sic. p̄ supra allegata. Sed a sententia hominis non potest quis absolui. nisi ab excommunicatore vel eius successore in officio vel superiore fm Ri. in. iiij. Et hoc nisi in articulo mortis. vel si sit iusto impedimēto detentus ne possit in breui accedere ad excōmunicatorem. tunc enī fm Ar. f. potest absolui cum iniunctōne vt se p̄sentet q̄citius comode poterit ei qui debet absoluere impedimēto sublato.

¶ Quādo episcopus cōmittit alicui absolutionē de omni excommunicatiōe. non ꝓpter hoc potest ille absoluere excōmunicatū ab eo cui? absolutionem nō cōmisisset in speciali. forte quia excōmunicatus erat ꝓpter damnū illatum episcopo vel huiusmodi. extra de regu. iur. In generali. li. vj. hoc intellige quātū est de virtute verbor. z in foro cōtentioso. nam si in foro cōscientie aliud constaret de intentione conferētis auctoritatē q̄ ille intenderit omnia etiā si non exp̄ssisset aliquid. in generali p̄cessione intelligerent̄ spālia. hec archi. f.

¶ Quid si papa mandat alicui q̄ aliquem excōmunicet. nūquid postea poterit eum absoluere? Distingue. si cōmittit ei causē cognitionem potest absoluere. ar. xxj. dist. in ferior. Si vero papa iam diffinierat negociū z mandet excōmunicari non potest absoluere. quia non ei iurisditio sed puruz ministeriū delegat̄. de of. del'. c. fi.

¶ Papa si salutat aliquem excōmunicatum vel participat ei: siue scienter siue ignoranter. nō ꝓpter hoc ille est absolutus. vt in cle. si summus. de sen. excō. hoc tamē intellige in dubio. quia si constaret q̄ papa ex tali salutatiōe vellet eum habere p̄ absoluto ꝓ certo esset absolutus eo quia papa non subiicit iuri positiuo. cum sit supra ius. vt in c. ꝓposuit. de cōce. p̄. z p̄ p̄sequens nec etiam subiicitur forme iuris cōmunis. Secus de episcopo q̄ ex sola intentiōe non potest hoc facere. q̄ subiicit forme iuris cōmunis. vt notat Panor. in. c. cum desideres. de sentē. excō. Secus in absolutione a suspensione: vel interdicto. vt notat singulariter panor. in. c. fi. de ma. ꝓhib. ꝓtra inter. ecclesie. vbi dicit q̄ cum in absolutione ab excōmunicatione requirat̄ certa forma. non obstante satisfactione requirit̄ absolutio. Secus dicit Jo. an. in absolutione a suspensione vel relaxatione interdicti. Si enī ista ferant̄ ad tempus. non requirit̄ post tempus absolutio. Ratio diuersitatz est. quia in istis casibus vltimis non requirit̄ certa forma in absolutione. vñ satis ē q̄ p̄stet de mēte iudicis.

¶ Quid autem dicendū in papa si excōmunicauit ad tempus. puta donec satisfeceris. nunquid requirat absolutio post satisfactionem. dubium facit: quia papa non subiicitur forme. sed sola voluntate potest absoluere a sententia excōmunica-

tionis.vt in dicta cle.si summus. ¶Domin⁹ Anto. credit q⁹ in dubio requirat absolutio.quia alio'nō apparente non videt papam velle vti potestate absoluta sed ordinaria. ¶Et ita debet impendi absolutio fm iuris ordinē. ¶Et ō ptāte papevide glo. in cle.vnica.de īmu.eccle. sup v̄.infectis. vbi singulariter dicit q⁹ papa circa ea que sūt de iure positiuo habet potestatē illa reuocandi. extūc. et hec glo.non inuenit alibi fm zab. et cum glo.concordat ¶pau.dicens ex hoc q⁹ illegitimus potest legitimari per papam:sic q⁹ habeatur p⁹ legitimo ex tunc.i.retrotrahat.etiam quo ad honores seculares. ¶Et nota glo.notabiles in.c.non debet. de cōsang.⁊ affi.⁊ glo.in.d.v̄.infectis.q⁹ tanta est auctoritas pape q⁹ potest tollere constitutionez ratione effectus p⁹teriti. adeo q⁹ si aliquis fuisset ratione alicuius constitutōnis excōmunicatus ⁊ papa diceret.q⁹ tollit dictam constitutionē ⁊ vult q⁹ habeatur ꝑ non facta.q⁹ talis excōmunicatus non indiget absolutione. ¶Si tamē papa simpliciter reuocaret constitutionē seu statutum non censeret renocatus effectus iam causatus per statutum. nec videtur approbatus actus gestus cōtra antiquū statutum. ¶Et ideo excōmunicatus ex antiqua lege indiget absolutione' etiam post legem reuocatam.nisi in reuocatione dicatur q⁹ antiqua lex debeat haberi ꝑ infecta.tunc em̄ omnis effectus antique legis est sublatus. ¶Ita vt excōmunicat⁹ nō indigeat absolutione. quod potest facere papa ex plenitudine potestatis. ¶Decus de p⁹latis inferioribus. eo q⁹ assumūtur in partem sollicitudinis. ¶Et hoc facit q⁹ si quis excōmunicatus esset p⁹ constitutionē'episcopi.dato q⁹ dictus episcopus tolleret dictam cōstitutionē ⁊ diceret q⁹ vult eam haberi p⁹ non facta. ille tamē excōmunicatus non esset absolutus. ¶Et ex predictis potes elicere multas theoricas q̄ faciūt ad multa.

¶Utrum autē papa cōmunicādo cuz excōmunicato incidat in excōmunicatōez: ¶Glo.in.c.nulli.de sen.excō.ꝑcludit q⁹ non. ¶Et ratio est manifesta.quia hoc vinculū excōmunicatiōis ꝓtrahitur a iure positiuo.quo papa nō ligatur. vt in.c.ꝓposuit.de ꝓcess.p⁹e. ¶Panor.tamē in.c. cum desideres de sen.ex.addit notabiliter ad illā glo.q⁹ papa pecat cōmunicādo cum excōicato. quādo nō subest causa cōmunicādi.nam tunc papa non solum facit ꝓtra ius positiuū.sed etiam ꝓtra diuinū.vt habetur in euangelio. Qui non vult se corrigere.excōmunicet ⁊ ꝓter hoc debet haberi tanq⁹ ethnicus ⁊ publicanus. vnde papa cum sit subiect⁹ legi diuine.xxv.q.j.sunt quidam.peccat.nō habendo eū tanq⁹ publicanū ⁊ infidelē.

¶Si per papā fuit cōfirmata aliqua excōmunicationis sententia quā inferior tulit. nūquid inferior potest absoluere. ¶Dic fm panor.in.c. ex freqūtibus.de insti.q⁹ aut ista sententia cōfirmata p⁹ papam.est sententia hominis aut statuti. ¶Si hominis distingue. quia si confirmata est ex certa scientia. nullus inferior potest sine mandato pape absoluē nisi esset certū q⁹ per falsam suggestionē fuerit cōfirmatio impetrata,extra de confir.vti.c.ij. ¶Si vo simpliciter ꝓfirmat.⁊ sine cause cognitiōe.tūc inferior potest.scdo vo casu. qū fuit lata per statutuz. tunc cōfirmatio non tollit potestatē aliis inferioribus absoluēdi. q⁹ statutum inferioris confirmatum per papam.nō debet esse maioris roboris q⁹ statutum pape. ¶Sed a sentētia lata per statutum pape possunt episcopi absoluere. per.c.nuper. de sen.excō. ergo fortius a sentētia lata p⁹ statutū cōfirmatum p⁹ papā.qd nota.

¶Quero qū sententia dicatur confirmata ex certa scientia ⁊c. ¶Dic fm doc.in.c. ex frequētibus.de insti.⁊ in.c.q⁹ diuersitatē de cōce.p⁹e.⁊ de ꝓfir.vti. per totum q⁹ duplex est ꝓfirmatio.s.ex certa scientia.⁊ in forma cōmuni.tūc autē dicitur ex certa scientia.qū in cōfirmatione inseritur totus tenor rei ꝓfirmate: vel qū papa vtitur istis verbis. ex certa scientia: vel similibus: vel qū papa confirmat aliquid qd̄ vidit: vt de confir.vti.venerabilis.vt tenet Inno.in.c.j.de transac. ¶Tunc aūt dicitur cōfirmare in forma cōmuni qū simpliciter cōfirmat aliter non instructus de negocio ⁊c.tunc em̄ verba debent intelligi ꝓ⁹e.s.cōditionaliter: q⁹ papa p̄sumit ignorare que in facto ꝓsistunt.vt in.c.j.de consti.li.vj.

¶Quid aūt operet cōfirmatio ex certa scientia': ¶Dic fm glo.in dicto.c.q⁹.q⁹.iij.opat.ꝓmo q⁹ talis res fit maioris auctis.scdo q⁹ si illa res fuit minus valida:fit valida. tercio q⁹ ꝓter autoritatē ꝓfirmātis nullus inferior potest de illa cognoscere. ¶Qū autez cōfirmatio est facta in forma cōmuni parū: vel nihil operat. īmo ex hoc nō tollit cognitio iudicis inferioris,nec talis ꝓfirmatio creat aliquod ius nouum.vt in iuribꝫ pall'. ¶Ad quid ergo impetratur talis cōfirmatio': ¶Dic ad hoc q⁹ solet magt timeri qd̄ specialiter ꝓhibet q̄ qd̄ generaliter. ¶Et ex predictis soluit notabilis questio de p⁹iuilegiis ordinis minoꝝ. nā a fe.re.Bonifacio papa.viij. cōcessa fuerunt quedam p⁹iuilegia que dicti ordinis fratres eximebant a solutione quarte canonice portiōis debite ecclesie parochiali rōne sepulture: q̄ p⁹iuilegia p⁹ cle.dudū de sepul.fuerunt reuocata.sed post dictam cle.eadem p⁹iuilegia ab Eugenio papa p⁹ius examinata ⁊ approbata fuerūt ex certa scientia.queritur modo.an dicta cōfirmatio.d.pape faciat valere dicta p⁹iuilegia concessa per papā Bonifaciū': ¶Dic q⁹ īmo valet dicta confirmatio Eugenij.p⁹o quo.c.j.de transac.⁊.c.quotiens.de pac. que volunt q⁹ q̄ papa cōfirmat aliquid ex certa scientia.vt in casu nostro.talis cōfirmatio validat nullum: vl' invalidū.īmo talis confirmatio hz vim innouatiōis.

¶Absolutio ex causa falsa non valet fm Inno. et ¶Po.q⁹ sic iudex non intendit absoluere: vtputa si absoluendus dicat se satisfeciſse: vel iniuriam sibi remissam fuisse. vel aliquid tale q⁹ non sit verum:al's absolutio siue iusta siue iniusta tenet quo ad ecclesiam militantem.ar.extra de regu.iu.omnis res. ¶Nota tamen p⁹o declaratione predictoꝝ Panor.in.c.ex parte.de offi.or.vbi dicit q⁹ excommunicatio.⁊ absolutio sumūt vires ex intentōne excommunicatoris, ad hoc glo.in.c.ij.de testi.co.

Et ideo vbi excõmunicator intendebat oĩno excõmunicare tenet excõmunicatio. licz sit iniusta. Idem in absolutione: quia si absoluens intendebat oĩno absoluere etiã si expressa essent falsa z iniusta tenebit absolutio. vt in.c. venerabilibus. §. vbi. de sen. excõ. li. vj.

Absolui debet excõmunicatus qui se offert ad iusticiam. nõ obstante appellatiõe partis aduerse debet tamẽ recipi ante absolutionẽ sufficiens cautio ab eo q̃ iuri parebit. de ap. qua fronte. q̃ si excõmunicatus impetret absolutionẽ sciente aduersario. z non ꝓtradicente. nec aliquid petente. Ipe aduersarius nõ potest postmodũ conqueri. q̃ remisisse videt. de re iudi. c. quis.

Etiã inuitus potest quis absolui ab excõmunicatione. sicut z inuitus excõmunicari. imo manente cõtumacia. potest quis discrete remittere excõmunicationẽ iuste latã. si videat saluti eius expedire ſm Tho. in. iiij. dis. xviij. Sed Ri. in. iiij. di. ea. ꝓcedit hoc de sentẽtia hominis. Sed de sententia iurẽ dicit q̃ absolui non potest inuitus: allegat. xxiij. q. ij. nec quisq̃. Et hoc est rationabile ſm eum. quia cum volũtarie fecerit illud. cui excõmunicatio est ãnexa. videt aliquo modo ex voluntate sua excõmunicatus. Et ideo sine sua voluntate. z requisitiõe non potest absolui. Hoc tamẽ dictum Ri. potest intelligi de iusticia. non autez de necessitate.

Cum quis dubitat se esse excõmunicatũ. si super hoc habet ꝓscientiã scrupulosam nimis. deponat eam ad cõsilium boni viri quã si nolit vel non possit deponere: vel habeat ad hoc ꝓbabilem opinionez faciat se absolui ad cautelam. extra de sen. excõ. inquisitioni.

Si excõmunicatus dicat causam excõicatiõis fuisse dubiam: vel nullã: siue falsam. z petit absolui. ad cautelam absolueꝝ. cum iuratoria cautione. nisi excõmunicator: vel is ꝓ quo excõmunicatio lata est infra. viij. dies ꝓbauerit de causa. de sen. excõ. solet. li. vj.

Excõmunicator cognoscens errorem sue excõmunicatiõis debet reuocare siue absoluere. nõ obstante appellatione aduersarij. sed si de errore dubitat potest absoluere accepta cautiõe q̃ iuri pareat. sed caueat iudex. ne errorẽ fingat in ꝓiudiciũ alterius ꝓtis. de sen. ex. sacro.

Ligatus pluribus sententijs: vel vna ex diuersis causis. si vult vere absolui debet exprimere omnẽ sententiã z causam. z sic vna absolutio sufficit ad plures excõicationes tollendas. alꝫ non teneret absolutio: q̃ per surreptionẽ obtenta esset. ext de sen. excõ. officij. Et ꝓ declaratiõe huiꝰ materie dic ſm Ri. vbi s. q̃ aut ille est excõmunicatus a iure aut a iudice. Si a iudice: aut ab vno aut a pluribus. Si a pluribus. nisi absoluat a quolibet. nõ est simpliciter absolutus nisi absoluat a quolibet eorum. Si ab vno: aut vna excõmunicatiõe: aut pluribus. Si pluribus. non est simpliciter absolutus. nisi exprimat causa cuiuslibet excõicationis. Si vna. aut ille qui absoluit. sue excõmunicatõis tacet causas aliquas fraudulẽter: z alias exprimit z talis absolutio est inanis. de sentẽ. excõ. cum ꝓ causa. Aut eas tacet ignoranter. q̃ tunc non recolit. z tunc credit q̃ si absoluens habet intentionẽ simpliciter relaxandi excõicatiõem quam tulit in eum simpliciter est absolutus. Si autẽ non intendit eum absoluere ab excõmunicatiõe. nisi ꝓ comparationẽ ad causas quas exprimit. credit q̃ absolut⁹ non est. nisi forte sint tales cause: q̃ vna sine alia nõ mereꝝ excõicatõez.

In articulo mortis potest absolui excõmunicatus a simplici sacerdote. ar. de pe. dist. j. quẽ penitet. z de sen. excõ. non dubium. Sed si non fuerit absolutus. Si tamen apparuerint in eo signa contritionis poterit absolui post mortem ab illo qui eum sanum absoluere poterat. de sentẽ. excõ. a nobis. el. ij. Et valet talis absolutio. vt sepeliat i loco sacro: vel vt sepultus non exhumetur. sed vt oretur ꝓ eo. Idem z fortius dicendum est q̃ in articulo mortis quilibet simplex sacerdos ſm Inno. in. c. nuper. de senten. excõ. potest absoluere a quocunq̃ peccato quãtũcunq̃ enormi. dũmodo non sit ãnexa censura. Et casu quo talis euaderet periculũ mortis. non est amplius necesse q̃ se ꝓsentet episcopo. quia solum reperitur cautum: vt quis teneatur post euasionẽ periculi se ꝓsentare superioribus nisi in censura excõmunicatiõis. vt in. c. eos. de sentẽ. excõ. li. vj. Sis tamen cautus. quia qñ potest haberi copia episcopi comode. nõ debet se simplex sacerdos etiam in articulo mortꝭ intromittere de casibus reseruatis ſm Inno. Similiter nec in hoc articulo absoluas excõmunicatos ꝓ ꝓcessum curie z Sixtinã quam habes in fi. huius operis. nisi cum modificatione ibi posita. aliter absoluens esset excõmunicatus excõmunicatiõe papali: cum multis alijs penis. Articulus mortis intelligit non solum de piculo mortis ꝓpter infirmitatẽ. sed etiã si sit in periculo quocunq̃ vicino morti. puta quia timet hostem vl' predonẽ vel crudelitatẽ hominis potentis. vel si esset trãsiturus per loca piculosa. ſm Inno. z Ho. Idem dic de eo qui tenetur in vinculis. Hoc tamẽ casu vel simili iniũget absoluens excõmunicato. q̃ impedimẽto cessante: se illi rep̃sentet a quo fuerat absoluendus. mandatũ eius sup hoc humiliter recepturus. de sen. excõ. ea noscit.

An autez transfretare volens possit absolui a simplici sacerdote? Dic ſm Tan. et Berñ. q̃ aut iminet periculũ mortis. puta naufragium. z tunc licet ꝓfiteri. aut non iminet piculum. Et tunc nõ licet absoluere ab excõmunicatione vel alio peccato. Non enĩ intrando mare semp iminet piculuz mortis. qõ si sic esset. nullus trãsfretaret.

Sed quid de obsessis? Potest dici ſm Ho. q̃ aut obsessus impugnat cum machinis. balistis et armis. z tunc potest absolui. Si vo nõ impugnat sed stant aduersarij in campis alonge. et non põt absolui. Et intelligit de iuste pugnante: quia si obsessus se iniuste defenderet: tanq̃ rebellis. absolui non posset. hec Ayr. lib. j. ti. xv. Addit tamen q̃ si iste iniuste obsessus iuste peniteꝝ: z secure exire nõ potest. q̃ exquo iminet sibi periculũ mortis absolui

potest. dūmodo nihil faciat quod sibi imputari possit.

¶ Quid autē de prēgnāte. dum est ,pe partū. an absolui possit? Dic per predicta q̄ si possit haberi comode licentia episcopi. illa haberi debet. sin aūt ꝑsideranda est qualitas hui⁹ mulieris ſm docto. an videlz sit fortis ꝑplexionis vel debilis. et an sit solita parere cum magnis doloꝝ vel parvis. Et ſm hoc iudicabit discret⁹ iudex. an absolui debeat vel ne. Sed tū nō obstantibꝫ ꝓdictis. potest dici. q̄ talis mulier in tali casu possit absolui: q⁹ accidit in puncto qō nō ꝓuenit in anno. Posset eñ accidere q̄ haberet duos fetus in vtero. aut maioris quātitatis vl' huiusmodi. licz al's multotiens sine doloꝝ ꝑperisset: vt sepe accidit de facto.

¶ An autē laico in articulo mortis liceat cōfiteri ℞ñ. de hoc habes duas glo. singulares. scz in. c. pastoralis. de offi. or. ⁊ in. c. a nobis. el. ij. de sen. ex. quas Pano⁹. in dicto. c. a nobis. approbat quo ad absolutionē ab excōicatione. licet quo ad peccata secus sit. Et de quo dicto Pano⁹. facit magnū festum. Et dicit q̄ ille glo. sunt magni effectus quia heres nō cōpellet ampli⁹ ,p absolutione ire ad papam vel ad eum a quo defunct⁹ viuens erat absoluēdus. Et nota hoc: quia est magne vtilitatis. Et glo. in dicto. c. a nobis. ⁊ ℣Pano⁹. vocant istam absolutionē factā a laico. in hoc casu. remissionem potius q̄ absolutionē. Idem tenet Ar. f. q̄ vocat huiusmodi absolutionē recōciliationē. Predicta tū vera. vbi desit copia sacerdotꝭ.

¶ An autē liceat laico tempore necessitatꝭ cōferre sacramentū eucharistie. vtputa: decidit quis et nō repit ꝑ sbyter. nūquid possit laicus capere eucharistiā de ecclesia ⁊ exhibere infirmo? quidā vt refert Inno. dicunt q̄ sic. sed collec. post ℣Do. firmare videt nedū laico. licz istud sacramentū attrectare: sed nec etiam diacono. De diacono tamē vide. ī. Diaconus.

¶ Quid autez de extrema vnctione? Et licz quidā dicāt. q̄ laicus possit illā cōferre tpe necessitatꝭ cōiter tū hoc non tenet.

Absolutio.ij.ſ. percutientiū clericos. Inijtientes man⁹ violentas in clericum: religiosum masculū vel feminā: vel cōuersum: vel cōuersam sunt excōmunicati: vt in. c. si quis suadente. xvij. q. iiij. ⁊ in. c. non dubium. de sen. excō. dum tamē sint religionis approbate ſm ℣Do. Idem dic de penitente novicium religionis approbate per. c. religioso. de sentē. excō. li. vj.

¶ Quid autem de conuersis ecclesiarum secularium? ℣Posti. in dicto. c. non dubiū. distinguit. q̄ aut isti conuersi retinent sibi aliquā ꝓprietatem. et tunc non gaudent hoc ꝑuilegio. Aut dedicarūt se ⁊ sua ⁊ incedunt tonsorati vel' mutarūt habitū intereſſendo horis diuinis. ⁊ tales gaudēt hoc ꝑuilegio. Idem Pano⁹. ibi dicens q̄ pro hoc optime facit. c. vt ꝑuilegia. de ꝑuil'. vbi oblati qui nō obtulerūt se ⁊ sua: nō gaudent ꝑuilegio illoꝝ quibus se obtulerūt. ūmo plus dicit ibi Pano⁹. q̄ tales etiā nō gaudent ꝑuilegio fori: sed debēt cōueniri cora iudice seculari. q⁹ nihil hic intervenit qō eos debeat eximere a foro seculari. Iz largo modo sint ꝑsone ecclesiastice. Et refert se pano⁹. ad nota. ꝑ eum in. c. ij. de fo. cōpe. vbi dicit q̄ solemniter penitentes nō gaudent ꝑuilegio fori. nec etiā heremite. Iz glo. in. c. qui vere. xvj. q. j. ⁊ glo. in. c. aliud xj. q. j. dicunt ꝓtrarium. Ratio est ſm eum: q⁹ hic nō intervenit aliquis act⁹ q̄ habeat istos eximere a iurisditione impatoris: q̄ est duplex. scz receptio ordinis: ⁊ ꝓuersio ad aliquā de religionibꝫ approbatis: vt in. c. fi. de re. do. Sicut eñ tales ex vtero matris ,pcesserūt laici. Ita et in eodem statu censendi sunt. Idem tenet Lau. et Jo. de ligna. Sed opinionē glo. sequit Inno. ⁊ Archi. Et dicit pano⁹. q̄ opinio Lau. et Jo. de lig. videt verior. licz alia equior. īmo pl⁹ dicit Pano⁹. q̄ iesuati q̄ incedunt discalciati ⁊ portant capucīū non debēt gaudere ꝑuilegio: q⁹ nō sunt clerici. quia ordinē non recipiūt: nec ꝑfitent tria substantialia. īmo nullū īmo putat eos peccare mortalit. cum veniant contra ꝓstitutionē dicto. c. fi. Hec pano⁹. Et si ꝓdicti non gaudent ꝑuilegio fori. min⁹ gaudebunt ꝑuilegio canonis. cū ꝑmū difficili⁹ ꝑdat.

¶ Quid autem de fratribus tercij ordinis sancti Francisci? Dic q̄ gaudent ꝑuilegio tam fori q̄ canonis. saltem ex ꝑuilegio Sixti. quod incipit. Sacrosancta.

¶ An autē legati possint absoluere excōmunicatos ,p iniectione manuū violenta in clericū? ℞ñ. tres sunt species legatorū ,put notat per Pano⁹. ⁊ glo. in. c. excōmunicatis. de offi. le. Quidā dicūtur de latere. ⁊ hi sunt cardinales. Secūdi sunt cōmunes ꝑsone. Tercij vo dicunt legati rōne dignitatis vel locales seu nati: q⁹ nascunt in illa dignitate eo ipo q̄ ꝑmouent in illā. Primi legati post q̄ egrediunt vbē. donec in vbē reuertant beneficiū absolutiōis quibuscūq; possunt impendere ꝑ iniectione manuū violenta in clericū. siue tales sint de ꝑuincia sibi decreta q̄ extra tā subditis q̄ extraneis. Et etiā a quacunq; iniuria etiā quo ad mutilationē seu interfectionē clericoruz. per. c. ad eminentiā de sen. ex. qō loquit indistincte. et hoc tenet ℣Do. ibi. que opinio cōiter approbat. ,put dicit Pano⁹. ibidem hoc intellige: nisi sit revocatus nam si esset revocatus nō posset aliquid de legatione attingere: q⁹ incōtinenti desinit esse legatus. īmo pano⁹. in dicto. c. excōmunicatis. dicit q̄ tūc nec insignia legatiōis debet exercere. Item spec. t. de lega. dicit q̄ in loco vbi est papa nō debet legatus aliū de veniens exercere in aliquo dignitatem suaz. Et ſm aliquos hoc casu nec absoluere. Nec etiam debet vti insignijs: nec populo benedicere. Intellige solenniter. Et Pano⁹. dicit q̄ sepe fuit interrogatus. nūquid legatus destinatus ad certam ꝑuinciam possit exercere ⁊ vti insignijs legationis in itinere: anteq̄ ingrediat ꝑuinciam sibi decretam: ⁊ q̄ possit facit. l. j. et. ij. ff. de offi. ꝑcon. vbi dicitur. q̄ ꝑconsul potest extra ꝑuinciam sibi decretam iurisdictionem volūtariam exercere: ⁊ vti insignijs. Secus ergo cōtentiosam: ⁊ sic dū

sunt extra terminos sue legationis non poterunt ea que requirunt cause cognitionē. Legati vo pape equipanꝟ proconsulibꝫ ꝫ presidibꝫ: vt in.c.ij. de offi.le.li.vj. Limita tamen quod dictū est de absolutione ꝓpter iniectionem manuū: non extendendum ad alias absolutiones reseruatas pape nisi hoc eis fuerit cōcessum in speciali: quia in istis exorbitantibꝫ ꝫ phibitis non fit extensio de vno casu ad aliū: etiā ꝓ maioritatē rationis: vt in.c.qō translationē. de offi.le. Secūdo vo legati. scz rōne psone possunt absoluere subditos existētes i prouincia. Item secūdo extra ꝓuinciam nō possunt extraneos absoluere. Et iste casus ē clarus. Itez ē terci⁹ casus clar⁹: qz aliūde venientes. s. extraneos nō possunt absoluere etiaz in ꝓuincia. Sunt alicꝫ casus dubij. Primus an possint absoluere subditos extra prouinciā? Panor. in dicto.c. excōmunicatis. dicit cōmuniter doc. tenere q extra prouinciam neminem possint absoluere. ꝫ Joh. an. dicit ita seruari de facto. Secūdus casus dubi⁹ est. nūquid isti possint subditos extra prouinciaz absoluere: cum licentia iudicis ꝓuincie illius vel diocesis? Et videt q sic. quia cōtentiosam iurisditionē quis exercere potest in subditos extra territorium suum cum licentia iudicis illius territorij. Hosti. dicit hoc esse equū. Sed quia hec potestas datur legatis istis cum limitatione non videt q debeāt isti legati excedere formam eis prefixā. per dictum c. excōmunicatⁿ. de quo dicto Panor. ibi facit magnū festum: dicens. nota singulariter hoc dictū q potestas collata alicui in certo loco ex ꝓuilegio nō potest exerceri etiā in subditos in alio loco. licz cōsentiat domin⁹ territorij. secus in iurisditione cōpetente de iure cōmuni. Tercius casus dubius ē nūquid legatus possit absoluere suos subditos: q incurrunt alibi excōmunicationē? Hosti. videt tenere q non. per tex. in dicto.c. excōmunicatis. dum dicit aliunde cōtingat accedere. Quidam tū tenent ꝛrariuz. qō putat Panor. verius vt quēadmodū potest subditos delinquētes extra territorium punire: vt in.c. cum cōtingat. de fo. cōpe. Ita ꝫ absoluere facit: quia de delicto ꝓmisso extra ꝓuinciam potest ꝓprius sacerdos absoluere parochianū suum. Et sic dicto.c. excōmunicatⁿ. Intelligit de nō subditis venientibꝫ aliunde. Quartus casus dubius. Nūquid si nō subditi venirēt ad ꝓuinciam legati ꝫ incurrerent ibi excōmunicationem. an possint absolui a legato? Ho. tenet q sic. quia isti non dicūtur aliunde accedere: cum nō veniāt excōmunicati. Et ad hoc facit notabile dictum abbatis in dicto.c. excōmunicatis. ar. dicti ter. q scholaris veniens ad studiū excōmunicat⁹ non potest absolui ab episcopo loci illius studij. lz esset casus a quo potuisset absolui a ꝓprio episcopo. secus si incurrisset ibi excōmunicationem. Ex quo posset notabiliter elici q potestas que cōtrabitur ratione domicilij non extendit ad ꝓtus cōmissa. Quod tamē dictū nō admittit generaliter Panor. Et bū dicit panor. q hoc dictū nō admittit generaliter. Nam ꝛrarium dictum est supra. Absolutio.j.

An autē legatus possit absoluere excōmunicatum a se in sua ꝓuincia postq̄ egressus est ꝓunciam? Glo. in.c. nouit. de offi.le. dicit q non. quia ereundo ꝓuinciam ꝓrinatus est dignitate. ff. de offi. pśi. l.ij. ꝫ statim expirat iurisditio. Hoc verū fm Ppe. quādo exijt prouinciā et animo non redeundi. Et hoc vbi hec absolutio requireret cause cognitionē. secus si nō requirit cause cognitiōez ꝫ in foro penitētiali poterit absoluere.

An autē legati respectu psone possint absoluē excōmunicatos ꝓ enormi iniuria? Rū. Archi. f. dat regulam q ꝓ solum summū pontificē vl' legatum de latere tales possunt absolui qū iniuria est enormissima: puta qū est ꝓcessum ad homicidiū vl' mutilationē membri. Panor. tamē in.c. quod de his. de sen. ex. per tex. illum qui nō distinguit inē enormē vel mediocrem: satis innuit q a qualibet iniuria legatus absoluere potest etiā ꝓ homicidio nam dictū generale: generaliter debet intelligi. ac etiam eadē ratione: quia loquit generaliter de legatis intelligemus de vtroq; ad hoc dictum.c. q translationē: et.c. excōmunicatis. que loquit indistincte. Tercij vo legati neminē possunt absoluere: nec in ꝓuincia nec extra: nec subditū nec extraneū. Ratio est: qz legatus ratione loci est ꝓpetuus. vnde si isti possent absoluere excōmunicatos. clerici illoꝝ locoꝝ pderent priuilegiū qō habent ex.c. si quis. xvij. q. iij. quia nunq̄ pcussores eorum tenerent ire ad curiā. cum haberent superiorem qui eos absolueret. Hec tamē limita i istis ꝫ in pcedentibꝫ: vt pcedant in casibus reseruatis pape: sed in casibus in quibꝫ episcopi locoꝝ possunt absoluere: etiam isti legati absoluere poterūt cum sint ibi ordinarij.

Querit quot sint species iniurie? Rū. fm Jo. an. ꝫ Panor. in.c. peruenit. de sen. ex. q sunt tres quo ad ꝓpositum nostrum. scz leuis. mediocris. ꝫ enormis. Pro leui iniuria quilibet episcopus pōt absoluere iure suo. auctoritate dicti.c. peruenit. Pro mediocri vo non potest episcopus absoluere nisi priuilegiatos. Pro iniuria vo enormi episcopus regulariē nō absoluit nisi in necessitate: ꝫ vbi specifice sibi cōmittit. Et que dicat iniuria leuis: q̄ mediocris: ꝫ que enormis: potest dici fm astē. Leuis est. si quis ponat manū super clericum malo animo: vel accipiat eū ꝓ vestes vel ꝓ habenas vel ꝓ manū: vel brachium. Et hoc intelligi potest vbi superior vel par est is qui huiusmodi intulit. Idez Hosti. Leuis etiam iniuria fm Panor. est iudicāda arbitrio boni viri ex varijs circūstātijs psonarum: locoꝝ ꝫ temporū. Si enī clerico ministranti solēniter in altari. publice manus quis iniecerit leuiter. non iudicaretur leuis que alis leuis esset. Et quedam est lenis contra puerum: vel in dorso vel cum manu vel baculo in occulto: q̄ grauis esset contra senem: vel in capite: aut facie: vel cum pugno: vel cum ense: vel in manifesto. Quedam etiā iniurie sunt quasi medie inē leues ꝫ graues: quarū etiaz qualitas ex circūstantijs varijs ē pensanda. Grauis autē dicitur fm Ho. Monal. et Rod. qū vuln⁹ qō est illatū requirit medicamē

cirugie: vel emplastroꝝ ꝛ huiusmodi. ¶Et ad p̃dicta vide tex. aureū. Insti. de iniurijs. §. atror. vbi dicit ¶Atror iniuria extimatur: vel ex facto veluti siq̃s ab aliq̃ vulneratꝰ fuerit vl̃ fustibꝫ cesus. Vel ex loco: veluti si cui ī theatro vl̃ī foro vel ī ꝓspectu p̃tous iniuria facta sit. Vel ex p̃sona veluti si magistratꝰ iniuriā ꝓssus sit: vl̃ si senatoꝛi ab humili p̃sona iniuria facta sit. Aut parēti patronoq; fiat a liberis vel libertis. ¶Nōnunq̃ etiā locꝰ vulneris atrocem iniuriā facit: veluti si in oculo quis pcussus fuerit. hec ibi. ¶Et glo. in ỹ. in oculo. dicit: vel oꝛe. ¶Et panoꝛ. in. c. cum illoꝝ. de sentē. excō. elicit hanc regulam singularem q̃ excessus notoꝝ dicitur enormis ratione notoꝛietatis. nam pcussus in platea vel theatro seu in ecclesia dicit atrociter iniuriatus. per dictū. §. atror. ¶Et ideo tene menti q̃ ep̃us a talibꝫ iniurijs notorijs absoluere nō potest: quia nō possunt dici leues: ex quo sunt notorie. ¶Asteñ. etiā facit regulā q̃ vbi ex tali iniectōne manuū in clericū generat scandalum. tunc lz alꝫ sit leuis iniuria efficitur grauis et sic episcopus absoluere non poterit. et de hoc videt casus in dicto c. cum illoꝝ. ¶Idem potest dici de iniuria facta in claustro: vel cimiterio eadem rōne. ¶Et sic quelibet iniuria alꝫ leuis: ibi facta reputabit grauis. ¶Idez dicendum ſm ¶Ho. quotiēs inferiꝰ ꝛ subditus ī superiorē manus iniecerit. ¶Idem de monacho: q̃ absente abbate pcussit vicarium abbatis. ¶Idē dic de similibꝫ. ¶Ho. tamē circa p̃dicta dat regulam q̃ iudicū de leui iniuria: vel enormi est totū arbitrio epi cōmittēdū. ¶Caueat tū sibi de arbitrio tēpato. ¶

¶Sunt casus ſm ¶Hosti. in quibꝫ iniiciens manꝰ in clericos citra sedem apostolicaz potest absolui. ¶Primꝰ est in articulo mortis. xvij. q. iiij. siq̃s tamē inū gendū est ei q̃ si euaserit sedi apostolice se repsentet: vel ei qui possit eum absoluere. mandatū eius super hoc receptur⁹. extra eo. c. quod de bis. ¶Et idem in casibꝫ sequētibus. remoto impedimento. ꝓterq̃ in puero. vt extra de sen. excō. decetero. et. c. ea noscit. et. c. q̃uis. et. c. fi. ¶Et si cessante impedimēto non se p̃sentat: incidit in eandē sententiā. extra de sen. ex. eos. li. vj. ¶Et intellige in eādem. sez specie: nō numero. ꝛ erit eiusdē nature sicut prima. Vtputa si erat ab homīe: erit ab homine. Si a iure ei it a iure cuz suismet appendicijs et conditionibꝫ.

¶Quid autē si sedes aplica vacat. an talis absolutus poterit differre donec fuerit ꝓsulsum de p̃storeꝫ. ¶Rñ. Panoꝛ. in dicto. c. q̃ō ō bis. dicit q̃ nō q̃ sede vacante semp̃ est penitētiariꝰ qui gerit vices pape. ꝛ sic tenet se p̃sentare penitētiario. alꝫ incurrit eandem sententiam excōicationis. Querit etiā Panoꝛ. de notabili. q̃stiōe ꝛ quotidiana ī dicto. c. decetero. vtz ille tex. ꝛ si les habeāt locum in excōmunicatiōe lata ob aliā causam q̃ ꝓpter iniectionē manuū vt non valens ire ad papam possit absolui ab episcopo. ¶Et dicit Inno. tenere q̃ sic. ¶Et addit Panoꝛ. q̃ hoc hodie ꝓbat clare in dicto. c. eos. Idē tenet Be. ibi. Idem Jo. an. ꝛ videt cōmunis opinio. Licz idē panoꝛ. videat tenere contrariū in. d. c. q̃uis. Fallit tamē in casibꝫ in quibꝫ nullus absoluere potest nisi in articulo mortis. de quibꝫ dicet. j. in tractatu excōicationū. ¶Et in hoc ꝓfessoꝛes aperiant oculos.

¶An autē legati dum sunt in via possint absolnere huiusmodi qui habent se apostolico ꝓspectui p̃sentare. ¶Et an huiusmodi p̃sentatio possit fieri p ꝓcuratoꝛem ꝛ multa alia: vide. j. excōmunicatiōe xxxvij. Secūdꝰ casus est q̃ns q̃s habet inimicicias capitales: vel alꝫ iustas excusatiōes ꝓpter q̃s non potest se sedi aplice p̃sentare. vt. c. decetero. et. c. ea noscit. et. c. q̃ de his. eo. ti. ¶Et panoꝛ. in dicto. c. decetero. dicit q̃ non ponderat quis fuerit eā inimicicie. Satis est em̃ hunc habere iustam causaz nō eūdi: q̃ō nota. ¶Et nota aliud dictū singulare eiusdem in. d. c. q̃ō de bis. q̃ legitimū impedimētum nō eūdi est. si nō possit subire laboꝛē eūdi ad curiā ¶Et ex hoc tex. no. q̃ detentꝰ infirmitate. licz nō sit in piculo mortis. potest absolui ab inferioꝛe. Satis est em̃ hunc teneri tali impedimēto q̃ non possit ire. ¶Et ideo dicit ¶Dir. si quis detineret terciana vl̃ quartana vel podagra vel huiusmodi. ita q̃ non possit ire. poterit absolui ab epō. ¶Et de huiusmodi excusatōe stabit arbitrio boni viri. ar. de offi. dele. de causis. Tercius est in ostiario qui p̃textu officij clericū nō graviter lesit. de sen. ex. si vo. el. j. ¶Et nota ex hoc tex. in ver. nō grauiter: q̃ necesse est dare iniuriam mediā inter leuem ꝛ grauē. ¶Nā vides hic. q̃ si iste ostiarius graviter pcussisset. non potuisset absolui nisi a solo papa. Si autez pcussisset leuiter potuisset absolui ab episcopo iure suo. non solum ip̃e hoc casu sed etiā quilibet alius. ¶Et ideo si iste absoluit tanq̃ p̃sona p̃uilegiata. necesse est dicere q̃ vltra iniuriā leuē aliquid ꝓmiserit. et sic dabitur iniuria mediocris a qua dūtaxat absolvetur iste ꝛ alie p̃sone p̃uilegiate. vt dictū ē. Quartus in officali. ¶Sed ꝓ declaratiōe huius casus. sciendū q̃ iste casus habet in. d. c. si vo. §. officialis. ꝛ ptinet duos casus. ¶Primus est. ¶Officialis ꝓ iniectione manuū in clericū. nō potest sine mandato romani pontificis beneficiū absolutiōis ꝓmereri. quia nulli laico sup clericum tanta datur potestas. ¶Et hic est p̃mus casus. ¶Sequit. nisi forte turbā arcendo irruentē. nō ex deliberatiōe sed fortuito casu clericū ledat. ꝛ hic est secūdus. ¶Et q̃ ad p̃mū casum ꝓcludit Panoꝛ. ibi. q̃ officialis laicus iniiciēs manū in clericū deliberate nō potest ab epō absolui. q̃ videt delictū nō leue. cū nō solū inferat iniuriā. imo vsurpat sibi iurisditiōez in clericū. ¶Et sic tam ex tex. q̃ ex dictis panoꝛ. habes q̃ iste officialis iniiciēs manū deliberate in clericū quātūcūq; leuiter. malo aīo iudicat iniuria grauis. ꝛ sic nullo modo ab episcopo poterit absolui. ¶Sequit secūdus casus. ibi. nisi forte turbā arcēdo ꝛc. ¶Et glo. ibi. in vbo. casu fortuito. dicit tunc em̃ nō imputat. ꝛ sic p̃ glo. q̃ cōiter approbat iste officialis arcendo turbā. nō ex deliberatiōe. sed casu fortuito clericū ledēdo nō ē excōicat⁹. In ꝓmo ātē casu. lz sit excōicatꝰ. nō tū ꝑt absolui ab epō. ¶Et p ꝓns necesse est dicere q̃ iste officialis non ꝓtuit

inter psonas pīuilegiatas. īmo est peioris pditionis q̄ alie psone pīuate etiā nō pīuilegiate q̄ saltem a leui iniuria possunt absolui iure cōi a suis epīs. Iste aūt officialis nō dico ab iniuria mediocri: verūetiā nec a leui absolui pōt. Quid g̃ dicem⁹ cū oēs tā canonīste q̄ sūmiste ponāt hūc officialē inter psonas pīuilegiatas: pdicta multū vrgent. z cōsultus cū aliquib⁹ pitis necesse ē distinguere de isto officiali. Nā officialis q̄tū ad positū ptinet. vno mō accipīt p iudice vel appitore fm glo. ibi: qui appitor fm grāmaticos dicīt ille q̄ cogit venire reos ad iudiciū. Et hoc mō sumēdo officialem. dico q⁹ talis nō est psona pīuilegiata: īmo nec etiā a leui iniuria pōt absolui ab epō: qđ est notandū Allio mō pōt sumi officialis put ad positū pertinet p deputato ad arcendū turbā: z sic ad rem licitā. et hoc casu iste officialis inter psonas pīuilegiatas putabīt. z sic etiā a mediocri iniuria poterit absolui ab epō: sicut z ostiarius. īmo fortius cū difficili⁹ euitet pcussiones arcēs turbam q̄ ostiarius. Et hūc intellectū sentit glo. in. c. siqs. xvij. q. iiij. Et hec nota: q: nona. Quint⁹ si sit mulier: nec distingui debet vtrū sit fortis vel debilis: vidua: vel maritata cuiuscūq; status sit fm Pano⁹. in. c. mulieres. de sen. excō. vbi de hoc tex. Et ratio: qa periculosum est mulieribꝰ itinerare: z īmiscere se cetibꝰ virorū. Et hoc habet laudabilis consuetudo quā papa scit et tolerat. nec distingui dz circa eas inter atrocē z nō atrocē iniuriā fm v̄v. Sextus si sit senex aut valitudinari⁹: extra eo. c. ea noscitur. Qui aūt dicanť senes. Jo. ō sansonia dicit q⁹ quo ad generatiōz legalē: z quo ad potestatē adoptādi dicīt senex maio⁹. lx. annis. ff. de adop. l. si paterfa. Allio mō dicīt senex quo ad excusationē munerū psonaliū: maio⁹. lxx. annis. C. qui eta. l. fi. li. x. iuncta. l. ij. §. fi. ff. de decu. ergo maio⁹. lxx. annus excusabīt ab oneribꝰ z muneribus: etiam excusabīt ab onere itineris: etiaz si sit fortis ad ambulandū. p̄pter periculum mortis q: mos senibꝰ est in ianuis. Et fm glo. in. pheinio sexti a. lxx. annis vltra non dicitur esse in senectute quis: sed in senio. quod est aliarū etatum terminus. et post dictā etatē debet dici magis decrepit⁹ q̄ senex.

¶ Quid autē sit valitudo⁹: glo. in dicta. l. si paterfa. dat differentiā inter mo⁹bū z valitudinē: quia mo⁹bus est tēporalis. valitudo aūt p̄petua.

¶ Septimus si sit membris destitutus: ita q⁹ ad sedem apostolicam non possit accedere dicto. c. ea noscitur.

¶ Qui autē dicanť mēbris destituti⁹: Pano⁹. ibi dicit q⁹ claudi. ceci. z alij multifarie impediti ī mēbris. omnes eñ tales dicūtur miserabiles psone. Et gaudēt hoc pīuilegio.

¶ Octau⁹ si sit infirm⁹. z dir. hoc intelligit: sive sit infirmus incurabilit⁹: vel de cui⁹ morte dubitet vel mo⁹bus longus: vt dictū est s. Et istis iniungendū est q⁹ si euaserint q⁹ debeāt se sedi apostolice pītare. nō aūt p absolutiōe obtinenda: q: iam sunt absoluti. nisi fuerint negligētes: vt in. c. eos. eo. ti. li. vj.

¶ Nonus in paupe. c. qđ de his: z. c. q̄uis. eo. ti. Sed circa hoc pano⁹. in dicto. c. ea noscit. de mēte Jo. an. dicit q⁹ paup mēdicans al's potens ad cūdum: tenet ire ad curiam. si al's mendicādo potest sibi pspicere: sicut et in loco in quo manet. Si vo est paup nō mēdicans nō habēs vnde viuat: nisi ex artificio suo qđ exercere nō pōt in itinere. tunc habēt locum dicta capitula qđ de his. z q̄uis. Ex quo eñ non est solitus mēdicare sed ex artificio viuere: nō tenet p absolutiōe habenda mendicare. īmo plus dicit Jo. an. q⁹ si solitus mēdicare ex mēdicitate pspiciebat sibi z vxori. z itinerando non posset pspicere vxori: tūc nō tenet ire.

¶ Decimus si regularis verberat regularē: vt. c. monachi. et. c. cū illoru. eo. ti. z pano⁹. in dicto. c. cū illoru. dicit ex illo tex. abbatē posse absoluere suos monachos ab excōicatione inflicta p⁹ violenta manuū iniectiōe in monachū: sive inciderint ī excōmunicationē post ingressuz religiōis: sive ante. dūmodo excessus nō sit enormis.

¶ Undecim⁹ in his qui nō sunt sui iuris: sicut filiusfa. z serui. extra eo. mulieres. z. c. relatū. Et de filiofa. glo. in dicto. c. mulieres. z Jnno. intelligūt si sunt impuberes. al's aūt si sunt adulti. licz sint in patria potestate: mittendi sunt ad curiā: q: in hoc sunt sui iuris: quia possunt ire quo volūt. Posti. videt tenere ꝓtrarium. Sed Jo. an. cōcordando distinguit. q⁹ aut filius existens in potestate patrī tenet familiam de per se. puta vxorem et liberos. z tunc ꝓcedit opinio glo. Aut est ī familia paterna z tunc ꝓcedit opinio Posti. Pano⁹. autez in dicto. c. mulieres. dicit q⁹ sibi non placet indistincte opinio Jo. an. quia licz filiusfa. sit extra familiam patris. tamē erquo non est sui iuris tenet assistere z obedire patri z ei' comoda patrie potestatis exhibere. Unde idem putat ī filio: quod z in seruo ex benigna interp̄tatione iuris. hec Pano⁹. Et dictū Pano⁹. posset verificari quādo talis filius existēs extra familiam patris necesse haberet p⁹uidere ipsi patri: al's non. Quo vo ad seruos: dic q⁹ si seruus percutit clericum excōmunicatus est. dicto. c. relatum. et ire debet p⁹ absolutione ad sedē apostolicam. nisi hoc fecerit in fraudez domini sui: vt se subtrahat ab obsequio domini: aut ipse dominus p⁹opter hoc sine culpa sua graue damnū incurrat. Dis enim duobus casibus absolui potest ab episcopo loci: si lesio fuit etiam mediocris. Secus si enormis. Et intellige fm Pano⁹. de seruis christianis. nam si essent infideles: non essent capaces excōmunicationis: vt in. c. gaudemus. de diuo⁹. Jtez intellige de seruis: qui sunt seruilis cōditionis non de famulis seruientibꝰ: q: de his nō inuenit iure cautum.

¶ An autem idem dicendum sit de viro: si ī fraudem vxoris hoc faciat z in liberto qui tenetur p⁹stare opas⁹. Glo. ī dicto. c. relatū. Rn. q⁹ hoc nō credit cū hoc nō inueniat in iure cautum. Et hoc edictū: vt omnes ad curiā mittantur: qui exp⁹sse non excipiuntur: p⁹hibitoriū est. Et hoc cōmuniter tenetur a docto. fm Pano⁹. ibi. Et licet

boc casu mulier p̃uenetur viro suo sine culpa sua. non tamen sine causa. licz Jo. fuerit in contraria opinione. qui facit vnam regulam generalem de filiofa. pubere z impubere. de seruo z liberto. z etiam de viro qui verberat clericum in fraudē vxoris: vt oēs isti nō teneant ire.

¶ Duodecimus de his qui sunt magne potentie. et ita delicati q̄ laborem eundi ad curiam nequeunt sustinere. papa est consulendus. dicto. c. mulieres. Glo. ibi dicit. q̄ ad arbitrium episcopi est referendum. Et si videbitur episcopo q̄ laborem eundi nequeant sustinere: propter periculum moꝛe. illos absoluere poterit recepta sufficiēti cautione: q̄ parebunt mandato ecclesie. Si vo periculum non timetur. consulatur papa anteq̄ absoluantur. hec glo.

¶ Terciusdecimus in impubere. extra eo. c. j. etiam si post pubertatē postulat se absolui. extra eo. ca. fi. Et hoc si est doli capax. al's non incideret in excōmunicationem. Et panoꝛ. in dicto. c. fi. elicit ex illo tex. vnam regulam: q̄ beneficium semel indultum minoꝛi: ex quo cepit habere locum. non extinguit̄ per superueniētiam maioris etatis. Et facit ad questionē. Nūquid impubes factus pubes possit testificari de his que vidit in pupillari etate: Rñ. glo. in. l. iij. §. l. Julia. ff. de testi. et glo. in. l. notionem. ff. de ver. signi. z glo. in. l. ad testiū. ff. de testa. cōcludunt q̄ sic. Et hoc nisi lex ad substantiam negocij exigeret certum numerum testium: vt in testamento. vbi tempoꝛe testamenti exiguntur idonei testes vt valeat: z sic vt sit solenne. Secus vbi vt veritas inquiratur. Bar. autez in dicto. §. lege dicit hoc verum. dum tamen excessisset infantiā. al's secus.

¶ Quartusdecimus de clericis qui communiter viuunt: vt de vita z hone. cleri. quoniā. quod cōmuniter exponitur: quādo simul viuūt in aliquo collegio. z ibi Panoꝛ. dicit q̄ istud p̃uilegiū operatur vt isti clerici possint absolui ab episcopo: cuz iniuria est mediocris. Idem in religiosis. vt extra eo. monachi. sed monachi possunt absolui p̄ suuz abbatem. vbi vo iniuria sit atroꝛ: nec isti: nec illi absoluuntur nisi a solo papa: vt in dicto capitulo: quoniam.

¶ Quintusdecimus in moniali: extra eo. de monialibus. z Panoꝛ. ibi notat: episcopum posse absoluere indistincte moniales: quantūcunq̄ excessus sit enoꝛmis: exquo papa non reseruat sibi casum enoꝛmitatis. Rō est: ne moniales habeāt materiam inuerecūde īmiscendi se cetibus viroꝛum. In monachis vo excipit iniuria enoꝛmis: vt in. c. cum illoꝛū. extra eo.

¶ An autem episcopus possit absoluere exemptas: Glo. in dicto. c. de monialibus. dicit q̄ sic. z tam exemptas q̄ non exemptas absoluet: autoritate pape sibi per hanc decre. indulta tanq̄ delegato ad hoc. Et Panoꝛ. ibi dicit: q̄ hanc glo. sequūtur cōmuniter docto. Sed Panoꝛ. dicit inuenire dubiū. quid in istis foꝛoꝛibus sancti Francisci. z aliꝛoꝛum mendicātium: cum habeant generalem supra se. habentem quasi episcopalem potestatem super eas. nūquid possint ab eo absolui: Solutio. videtur forte dicenduz q̄ non: quia hoc tñ indultum fuit episcopis ob reuerentiam ordinis episcopalis. ergo non licet inferioꝛibus hoc attentare. quod videtur satis dubitabile. Hec Panoꝛ. tamē quo ad moniales sancte Clare fratrum minoꝛum aliud est dicenduz hodie per p̃uilegia sua. z a solis suis visitatoꝛib? possunt absolui nec episcopi in aliquo possunt se intromittere.

¶ Sextusdecimus in hospitalarijs sancti Jo. hierosolymitani hos absoluet suus priꝛ: si est sacerdos. nisi excessus fuerit enoꝛmis. extra eo. canonica. Nota etiam fm Hosti. ibi: q̄ templarij non gaudent hoc p̃uilegio quia licz ius cōmune debeat extendi per idemptitatē ratiōis. secus est in iure p̃uilegiato. licz glo. tenuerit cōtrarium in dicto. c. cum illoꝛum.

¶ Archiepūs pōt suā ꝓuinciā visitare. iz non sint eius suffraganei negligentes. ꝛ iterare visitationē. ꝛ ꝓcurationes recipere. nō obstante cōsuetudine cōtraria. Et dū visitat pōt confessiones subditoꝝ suffraganeoꝝ audire. absoluere ꝛ pnias iniungere ꝛ etiā alijs cōmittere. de censi. ꝓpetuo. li. vj.

¶ Utrū autē archiepūs possit absoluere illos q̄ incideruṅ canones in prouinciali concilio factos. Rñ. astē. li. vij. ti. xxij. de mente Ho. dicit. q̄ statutū. aut est formatū in psona concilij. aut in psona archiepi. Si in psona concilij. vt si dicať. nos concilio. vel nos archiepūs de consensu suffraganeoꝝ nostroꝝ statuimus tē. tunc sine consensu illoꝝ nō potest absoluere. nisi epi hoc sibi concesserint. vel nisi habeat hoc ex ꝓuilegio. vel consuetudine. ar. extra de tē. or. si archiepūs. ꝛ. c. se. Si autez in psona archiepi. vt si dicať. Nos archiepūs de consilio fratrum nostroꝝ tē. sic archiepūs p se pōt absoluere. q̄ consiliū non importat necessitatē. vt in. c. cū olim. de arbi. iuncta glo.

¶ Archiepūs pōt conciliū celebrare irrequisito primate. xcij. di. si quis.

¶ Archiepūs transiens p quemꝫ loca sue ꝓuincie potest facere ante se crucē portari. ꝛ benedicere populo. in pontificalibꝫ celebrare et hmōi. Similiter ꝛ epūs etiā in locis exemptis sue dyocesis. vt in cle. archiepō. de ꝓuil. Hec tū fieri debēt sine ꝓiudicio ꝛ grauamine exemptoꝝ. vt ibi.

Arguere. ¶ A simili ad simile idē est iudiciuz. de consti. translato. vbi q̄rit panor. an lex semp possit extēdi ad similem casum. ꝛ dicit. q̄ vbi casus similis habz casum spālem in contrariū. nō debet fieri extensio. q̄ nō dz fieri legū correctio ex silitudine rōnis. Sed vbi non reperiť contrariuz bene pōt fieri extensio. Et sic intellige. l. non pūt. ff. de le. Et hoc notat Bar. in. l. non dubiū. C. de legi. vbi dicit idē esse in consuetudinibꝫ ꝛ statutis. q̄. l. de quibꝫ. ff. de leg. Et sic nota' q̄ statutū municipale ꝛ consuetudo possunt ad alios casus ex. idēptitate rōnis extendi. dūmō illi casus non habeant legē contrariā. Et sic intellige qđ notať in. c. in nostra. de iniur. vbi tenuerunt multi ꝛ male. q̄ statutū non debz extendi. quia est stricti iurť. Sed vt dixi illud ꝓcedit qñ extensio fieret cū legis correctione. alʼs secus. Nota etiā Panor. in. c. ad audientiā. de deci. q̄ diuersitas vocabuloꝝ inducit diuersitatē rerū. Et raro contingit q̄ duo vocabula idē p omnia importent. quia alʼs ars induceret supfluitatez. de hoc est pulcer tex. in l. si ijdē codicilli. C. de codi. ꝛ ad hoc. d. c. ad audiē tiam. qđ qu otidie solet allegari contra puertentes intellectū iuris ꝛ importantes vocabula legū. Nā si princeps aliter intellexisset. bene scisset ponere vocabuluz accomodatius. Et Jo. de lig. ponit ibi quedā verba circa interp̄tationē iurium. dicit enī q̄ aut app. iret de mēte legis. ꝛ est ei stādū. etiā contra ꝓpriū sīgnificatū verboꝝ. vt in. l. cum pater. ℣. dulcissimis. de leg. ij. vbi verba restringunť per rationem exp̄ssam. Ratio est. quia verba deseruiunt intentioni. ꝛ nō econtra. habēt enī se verba ꝛ intētio seu ratio. put corpus ꝛ anima. nā sicut alia dominať corpori. ita ratio legis dominať verbis. ad hoc. d. l. non dubiū. Aut nō constat de mēte. ꝛ tūc si verba sunt clara nō ē ab eis recedēdū. vt in. c. fi. de ẏ. si. hoc intelligo qñ ratio nō est exp̄ssa in lege. nec pōt coniecturari rō naturaľ legis. nā vt singulariter inqť Ly. ꝛ alij post eū in. d. l. nō dubiū. vbi rō nō est exp̄ssa in lege. debem⁹ coniecturari p silia rōnē naturalē q̄ potuit mouere legislatorē. nā sine rōne nō fuit motus. cū sine rōne nō sit lex. iij. dis. erit autē. Et fm illā rōnē ꝓiecturatā possium⁹ extēdere ꝛ restringere legē etiā odiosam. Sed vbi non pt hec rō naturalis cōiecturari. tunc ꝓcedat dictū Jo. de lig. videlicet q̄ recurrať ad verba si clara sť. Si aūt sunt dubia. tunc fienda est interp̄tatio per alias leges si fieri pōt. q̄ iura debēt iuribꝫ concordari vt in. c. cū expediat. de elec. li. vj. Si vo p alia iura non pōt apparere intellect⁹. tūc recurrendū est ad cōsuetudinē ciuitatis. vt. l. minime. ꝛ. l. si de interp̄tatione. ff. de legi. ꝛ in. c. cū dilect⁹. de cōsue. Si aūt nō apparet de cōsuetudine loci. recurrendū est ad silia. vt in. d. l. nō pūt. In defectū vo oīm recurrēdū est ad ꝓncipē. q̄ ei⁹ est interp̄tari cui⁹ est cōdere

nam debet intelligi dicta auctoritas. qñ p remedia supradicta: vel similia nō pōt haberi certitudo legl Et sic intellige. l. vnicam. C. de pfe. in vi. pstan. li. xij. vbi dat doctoribz ptās interptandi. Idē etiam in iudicibz. iuxta notata in. c. cū spāli. de app. Vide tñ qđ notat Bar. in. l. non aliter. de le. iij. vbi dicit. q primo debem? inspicere qđ senserit testator. qz ante oīa voluntas testatoris dñat. l. cuz viz. C. de fideicō. deinde si nō apparet debem? inspicere qđ est verisimile. l. si mater. C. de insti. & sbsti. sub pdi. fac. & l. mulier in pncipio. ff. ad tre. Et si nō appareret qđ sit verisimile. tunc inspicim? ppriā significationē verboz. & ita loquit. d. l. nō alit. vide etiā gl. singularē. quā oēs sequūt. i. l. tale pactū. §. fi. ff. de pac. q dicit. q dispositio facta in vnū casum trahit ad aliū. de quo si disponentes cogitassent. verisīr idē disposuissent. Et nota hoc. qz facit ad multa.

¶ An autē cōstitutio penalis possit extendi. Rñ. glo. in. c. sepe. de tēpo. ordi. li. vj. dicit q cōstitutio penalis extendit ad aliū casum q̄ cōprehensum. qñ est eadē rō et oīoda silitudo. & tunc ppie non dicit extensio. Et. d. pe. dicit istā glo. esse singularē. Sed Jo. de Imo. dicit. q nō putat istā glo. esse verā. qz etiā vbi est eadē rō et oīoda silitudo nō fit extensio pstōnis penalis. vt notat Joh. an. in regula odia. de reg. iu. li. vj. Dñs an. etiā dicit istā glo. non ppere. Iz em̄ det oīoda silitudo & subsit eadē rō. non tñ fit extensio legis penalis. Et ista est pclusio vera Hoc pbat. c. pstōnē. de reg. li. vj. vbi pz q constitutio loquēs de pdicatoribz & nunciis nō hz locū in alijs mendicantibz. Iz subesset eadē rō. Et ppter idēptitatē rōnis lex progauit ad alios mēdicātes hec regula hz multas fallentias. vide gem. in. d. c. sepe. Aliq etiā dicūt q fallit qñ in statuto: vel lege apponit rō exp̄ssa. qz extēdit ad cōprehensa sub illa rōne. nec ppie dr̄ extensio. cū id qđ est ex rōne legl sit ipsa lex. Sz istō cōiter ñ tenet. nisi alia cōcurrāt fm. d. an. Panor. aūt in cle. abbates. de rescriptis. dicit. q in hac materia extensionis Jo. an. fuit sibi multū contrarius in glo. suis. naz in. c. dispendia. de rescriptis. li. vj. dicit q hz locū dispositio p idēptitatē rōnis. ff non pena. Aliter tñ sensit in cle. p̄ma. de elec. Hec panor. Et sic videt posse cōcludi q in hoc non potest dari certa regula. vide tamen Panor. in. c. ex tenore. q fi. sint le. vbi dicit fm Jo. an. q constitutio penalis debet & potest extendi & largo modo interptari qñ emanat: vt euitent pericula animarum.

Auaricia. Utrū sit peccatuz mortale. Rñ. fm Tho. secunda scōe. q. clxviij. Auaricia pōt accipi dupl̄r. Uno modo q aliqs accipiat: vel retineat iniuste res alienas. qđ ptinet ad rapinam vel ad furtum. & sic ex suo genere est mortale. Contingit tñ in hoc casu q est veniale ppter imperfectionē actus sicut de furto. Alio modo potest accipi auaricia fm q importat inordinatū amorē diuitiaz. q si intñ crescat q pferat charitati. vt. s. ppē amorē diuitiaz aliqs non vereat facere p̄ amorem dei et ppximi. tūc erit peccatū mortale. Si autē inordinatio amoris in hoc cōsistat. vt. s. homo q̄uis supflue diuitias amet. nō pferat eaz amorē amori diuino. s. q ppter diuitias non velit aliqđ facere p̄ deū et ppximū. sic est peccatū veniale.

¶ Utz mercatio sit licita. Rñ. Alex. de ales. dicit q non licet nisi ppter duo. Primo ppter necessitatem. vt valeat satisfacere sibi et sue familie fm decentiā status sui. Secōo ppter pietatez. s. vt lucret ad distribuendū pauperibz vel ad alias pias causas. tunc licita est. Mercarī vo ppter substantiaz cumulandā non licet. An aūt sit pctū mortale. dic vt ppxime dictum est fm Tho. viz q si ista inordinatio et cupiditas diuitiaz intñ crescat q sit paratus facere p̄ amorē dei et ppximi. sic est mortale. Si autē non pferatur ista inordinatio charitati dei et ppximi. nec p hoc aliqō mortale committeret. sic est veniale. quia sic non dicit ponere finem vltimū in diuitijs.

Baptismus. j. quo ad substantiam & formam quid est. Rñ. fm directoriū. li. j. ti. iiij. q est ablutio exterior cū certa forma verborum. sine quo nemo saluari pōt. De cui? sba sunt tria. s. materia elemēti. forma verbi. & intentio ministri copulans formā materie. Ysi Aug. Accedit verbū ad elementū et fit sacm̄. j. q. j. detrahe.

¶ Baptismi forma hec est. Ego te baptizo in noīe patris et filij & spūssancti. extra de bap. ca. j. vbi ex dicto. c. iuncta glo. dicit panor. q vbi aliqua verba sunt de forma sbali alicui? actus. omissio alicuius vbi viciat totū actū. sec? vbi omitterent aliq̄ verba q̄ nō sunt de substātia. ff de solennitate vtputa. si pb̄r byter omitteret catheciſmū vel salis impositionem vel vnctiones et hmōi. de conse. di. iij. mulier nec ppter hoc debet reiterari baptismus. tñ si infans supuiueret debent suppleri p sacerdotē q̄ fuerunt omissa.

¶ Sed quid si mutetur forma. Rñdit Dir. vbi s. q non licet. imo intñ seruanda est q non licet eā etiā p verba equipollentia mutare. Itē non debet aliqō verbū vulgariter. vel literaliter pponere vel inferre. vel postponē in forma. intēdēs illō esse de forma. et sine ipso non esse formaz. verbi gra. Ego sacerdos baptizo te Johannē &c. vel ego baptizo te in noīe. p. et. f. et. ſſ. et iohānis. Als aūt si non credit illā formā vel additū esse de forma. ff ex simplicitate vel deuotione. p̄dicta adderet. non nocet.

¶ Quid si dicat in no. trinitatis vel xp̄i. Rñ. glo. in. c. j. extra eo. dicit. q teneret baptismus. qz olim sic baptizabantur. vt in. c. a quodā. de conse. dist. iiij. Sed panor. dicit q doc. in hoc communiter tenent contrarium. qz hodie fuit mutata illa forma. Similiter non est baptism?. si dicat in no. genitoris et geniti et ppcedentis ab vtroq. qz genitor non significat psonā patris. sicut ypostasim subsistentē sed p modū actus. & ideo non est eadē significatio q̄uis autē non sit eadē vox in greco et in latino. tñ est eadē significatio. Unde et in q̄libet lingua. illa ptin ea ad formā. que p̄ncipalius sunt instituta ad significandū psonas illas.

¶ Quid si subtrahat aliquid. Rñdit Ri. in. iiij. di. iij. q si subtraheret aliquid de essentia forme non

remanet virtus baptísmi. Et q̃ tota ista pars. In noīe pīis ⁊ filij ⁊ spūssancti. p quā exprimit̃ principalis baptizans ⁊ sanctificat elementū. est de essentia forme. Ideo si de hoc subtrahat̃ aliq̃d nō remanet virt⁹ baptísmi. In illa aūt pte forme. q̃ est. Ego baptizo te. sunt alia ptinentia ad essentiā forme. s. exprssio actus baptizādi. ⁊ psone baptizate. Vñ si aliq̃d p̄dictoꝝ subtrahat̃. non remanet virtus baptísmi. Exprssio autē ministri. nō videt̃ de essentia forme quā xp̄s tradidit in baptísmi institutione. q̃a a ministro baptísmi⁹ nō hz virtutē. Vnde greci psonam ministri nō exprimūt. ⁊ tñ vere baptizāt. Sed auctoritate ecclesie exprimit⁹ baptizando ministri psonā ad maiorē exprssionē. Vñ si baptizās eā nō exprimeret. nō ꝓpt̃ hoc tolleret virt⁹ baptísmi. Sed grauiter peccaret. q̃ institutio ecclesie obligat baptizantem.

¶ Quid si verba ꝓferantur corrupte. Rñdit Ri. vbi s. q̃ si corruptio verboꝝ sit talis q̃ nō remaneat eadē significatio. nec fm institutōnē ꝓme impositionis. nec fm accomodationē vsus. impeditur virtus baptísmi. Si aūt sit talis q̃ q̃uis nō remaneat significatio fm institutionē ꝓme impōnis. ꝫ remaneat fm accomodationē vsus. videt̃ tunc si nō fiat talis corruptio. ex malicia vel derisione. sed ꝓpter imperitiā illi⁹ lingue in q̃ baptizat. vel ꝓpter aliq̃ impedimentū lingue. non ꝓpter hoc īpedit virt⁹ baptísmi. Idē tenet panor. in. c. licz. extra eo. vbi cōcludit fm doc. sufficere. si forma intellectual' est seruata. ꝫ nō quo ad corticē. vt pz in mulieribꝫ. q̃bus in necessitate ptmittit̃ baptizare. ⁊ aliquādo baptizant per nomina vulgaria. nec falsa latinitas viciat.

¶ Quid si fiat interruptio. Rñdit Ri. vbi s. q̃ cuz actus baptizandi sit actus vn⁹ si fiat interpositio talis que corrumpat vnitatem actus. et maxime si corrumpat continuitatem intētionis baptizantis nō remanet virt⁹ baptísmi. Vñ si baptizās. postq̃ dixit. Ego baptizo te. In noīe pīis. intponat vnā longā narrationē. vel vadat ad faciendū aliq̃d negociū. ⁊ postea dicat. ⁊ fi. ⁊. ff. nō est puer baptizat⁹ Si aūt intpositio sit modica. Ita sez q̃ nō discontinuet intentionē baptizantis. neq; actū fm cōem vsum. ⁊ interpositū non sit forme corruptiuū. non ꝓpter hoc impedit virtus baptísmi. Vnde si baptizans postq̃ incepit actū dicat. taceatis. vel huiusmodi. et postea pficiat. non ꝓpter hoc impedit virtus baptísmi.

¶ Quid aūt si fiat transpositio. Rñdit Ri. vbi s. q̃ si fiat talis transpositio q̃ mutet sensum orōnis. quē hz ex vi ordinis verboꝝ. impeditur virtus baptísmi. vt si dicat. Ego pīis ⁊ filij baptizo te in nomine spūssancti. q̃ ex vi ordinis verboꝝ nō est sensus q̃ ego baptizem te. ꝫ aliq̃d in te. p nomē patris ⁊c. Si autē transpositio non mutat significationē orōnis. quā hz ex vi ordinis verboꝝ. tūc dico q̃ si non fiat ex malicia. ꝫ ex ignorātia. non impeditur virtus baptísmi. Si aūt fiat ex malicia. impeditur virtus baptísmi. ꝓpter defectuz intentionis in baptizante. quia formā ecclesie intendit mutare.

¶ Baptísmus.ij. Quo ad materiam. Vtrum aqua pmixta possit esse cōueniēs materia baptísmi. Rñdit Tho. in. iiij. di. iij. Permixtio pōt esse dupler. Vna q̃ tollit spēm sez qñ p alterationē trāsit in aliā spēm. sicut p putrefactionē aliquā vel digestionē transit in vinum. aut etiā p additionē tantā alterius liquoris: quo soluat̃ spēs aque. Sicut si pauꝫ aq̃ multo vino admisceat̃ Alia est pmixtio q̃ nō tollit spēm. sicut cuz alteratur aqua. fm aliqō accidēs. ⁊ manet spēs. vt in aq̃ calefacta. vel qñ aque addit̃ aliquid qō ille non commisceatur. sicut si aliq̃ solida ponant̃ in aq̃. vel si sit cōmiscibile. sicut aliq̃d humidū tñ est tāparue q̃ntitatis q̃ in aquā penit⁹ conuertit̃. In aqua g̃ primo modo pmixta non pōt fieri baptísmus. q̃ iaz non est aq̃. In pmixta vo scōo modo pōt fieri. vt in aq̃ manis bene potest fieri. similit in lixiuio ⁊ in aquis sulphureis. ⁊ in alijs q̃ ex terra p quā trāseunt non mutant̃ in aliaz spēm. Adde etiam qō notat Ri. in. iiij. di. iij. q̃ aq̃ paludosa pōt esse cōueniēs materia baptísmi. q̃ q̃uis in q̃net corpus accidentaliter ꝓpter eius pfusionē cū immūdicijs grossis. tñ in ea saluat̃ spēs aque. cui ex sua natura p̄se conuenit habilitas ad abluendū. ⁊ etiā aliquo modo remanet in ea. actu ꝓpietas ablutiua. qō ideo dico. q̃ si in aqua nullo modo remaneret. actu ꝓpietas ablutiua. vt in glacie. grandine. et nine. q̃dm sic dispposita est. non pōt in ea celebrari baptísmus nec etiā in luto. q̃ in eo non manet salua spēs aq̃. In vina ⁊ cerulia: cū non maneat salua spēs aq̃. nō sunt debita materia baptísmi. nec saliua. extra eo. non vt apponeres. Itē nulla artificialis aq̃ est materia baptísmi. q̃ xp̄s non instituit baptísmuz in aq̃ artificiali. ꝫ in naturali tñ. q̃ baptísmus institutus fuit vt sacm necessitatis q̃tū ad oēs. Et ido xp̄s ip̄m instituere nolnit: nisi in aq̃ q̃ faciliter posset haberi ⁊ cōiter ab omnib⁹ tā pauperibus q̃ diuitibus. quod non est verū de aliqua aqua. nisi de naturali.

¶ Prohibitū ē: vt nō fiat baptísm⁹. nisi in crisma te nouo. s. illius āni. ꝓter q̃ in articulo mortis. ⁊ punitur sacerdos si cōtrafecerit. de ꝓse. di. iij. si quis de alio. Idē intelligendū de cōfirmatione. ⁊ tanto magis qnto pfirmatio est minoris necessitatis. q̃ baptísmus.

¶ Baptísmus.iij. Quo ad ministrū q̃s potest baptizare. Hic. fm theologos et canonistas. in. c. si quis. extra eo. q̃ ꝓpie hoc officiū ptinet ad sacerdotē. vñ necessitate non instante etiā dyacon⁹ baptizare nō dz. Simil'r nec simplex clericus baptizare dz pīte pbytero. nec laycus pīente clerico. nec mulier presente viro. de ꝓse. dis. iij. c. constat. ⁊ duobꝫ capitib⁹ sequētib⁹. Dz in necessitate q̃libet pōt baptizare. siue vir siue mulier. ordinat⁹ siue nō ordinatus. fidelis ⁊ infidelis. dūmō habeat intētionē baptizādi. ⁊ seruet formā ecclesie. vñ etsi nō credat sacm baptísmale. nec aliq̃d spūale ibi fieri. dūmō in genere intēdat facere id qō facit ecclesia. baptísmus est.

¶ An baptismus tradi possit a malis ministris. Rñ.fm Ri.in.iiij.di.v.q ab hoīe malo: verꝰ pōt tradi baptismꝰ, ita q̄ q̄tuz ad ea q̄ sunt essentialia sacrō.nō plus ꝓficit datus baptismꝰ a bono ministro: q̄ a malo.q̄ baptismus nō hz suaz efficaciā a ministro: ꝫ a deo. vñ de ꝑse.di.iij.baptismꝰ dicit. Non timeo adulterū.ebriosum.homicidā.q̄ columbā attendo p quā mihi dī.hic est q̄ baptizat. Ideo bonitas ministri nō est de necessitate sed de congruentia.

¶ Sed q̄d si sacerdos nolit baptizare nisi dato sibi aliq̄ pcio: Dic vt.j. Symonia ꝑmo.

¶ Utrū malus minister peccet mortaliē baptizando. Dic fm Ri. vbi s. Aut baptizat cū solennitate et vt minister ecclesie.z tūc peccat mortaliē si pctm̄ recolit nec penitet. Aut baptizat in articulo necessitatis sicut vetula.et non peccat.

¶ Utr̄ q̄ scienē recipit sacrm̄ baptismi a ministro malo.peccet mortaliē. Rñ.fm Ri. vbi s. cum baptismus sit sacrm̄ necessitatis ad salutē. In necessitatis articulo licitū est ipm̄ recipere a q̄cunq̄ hoīe q̄tūcunq̄ malo: cuiuscūq̄ sit conditionis z sexus. Excepto aūt necessitatz articulo recipiēs baptismū scienter ab hoīe malo pciso ab ecclesia simpliciē vel ad tps peccat mortaliē. q̄ q̄tū in se est cōtēptibilē reddit sniam ecclesie: qđ scienter: sine pctō mortali non pōt fieri. Si aūt recipiat scienē ab hoīe malo. nō pciso ab ecclesia simplr. vel ad tps. non peccat. maxime si suscipiat a tali q̄ hoc sibi cōferre tenetur ex officio. nullus enī peccat in recipiēdo. qđ sibi ab alio debitū est. de hoc tñ z aliis sacris facta est magna modificatio. p extrauagantē factā in ꝓcilio basilee. quā vide. j. excōmunicatio. vj.

¶ Utrū melior sit baptismus qui confert a bono: Rñ.fm doc. q̄ eq̄lis est ab vtroq̄. q̄tū ad substātiales effectus. ꝫ tñ cū effectu ꝑncipali. pōt aliquid plus cōferri ex merito baptizātis. Sed hic est effectus accidētalis.

¶ Utrū idē possit baptizare seipm̄. Rñ. q̄ non. p tex. extra eo.c. debitū. vbi dī q̄ inē baptizatū z baptizantē debet esse distinctio.

¶ Utrū bonus angelus possit baptizare. Rñsio fm Ri.in.iiij.di.v. q̄ de lege cōi non ꝓuenit angelo baptizandi ptās. q̄ tñ nunq̄ bonꝰ angelus baptizaret nisi ex spāli mādato dñi. ideo si certū esset q̄ bonꝰ angelus aliquē baptizasset. ille nō esset rebaptizandus. vnde basilica quaz dedicauit sanctꝰ michael in monte gargano. nō fuit postea ab hoe dedicata.

¶ Utrū in baptizante req̄ratur intētio. Rñ. fm Ri.in.iiij.di.vj. q̄ ad hoc vt verus cōferatur baptismus necessaria est baptizantis intentio. qñ enī aliq̄ plura ꝓcurrūt ad aliquē vnū effectuz. oportet q̄ aliquo mō vniāt. Ad sanctificationē aūt illius q̄ baptizat. req̄rit ablutio exterior. z verba q̄ realiē vnita nō sunt. Requirit etiā baptizans. z ideo necessaria est intētio baptizātis p quā ablutio. z ꝥba ista cū fine q̄ ē purgatō illi⁹ q̄ baptizat.

¶ Utrū actualis intētio req̄ratur in baptizante. Rñ.fm Sco. q̄ ꝓter intentionē actualem. z habitualē necesse est ponere mediā. ꝓbat. Si q̄s in ꝓncipio intendēs dicere missam. postea autē ad alia distrabat. tūc nō hz intētionē actualē. dū est distractus. nec tñ hz intētionē habitualē. q̄ etiā dormiēs talē hz. Requirit ḡ media. s. intētio virtualis. quia in ꝥute illi⁹ intētionis ꝑus habite actualiter facit oīa q̄ facit. tanq̄ ex radice. Dic in ꝓposito. In baptizante nō sufficit sola intētio habitualis. nec req̄ritur semp intētio actualis. q̄ nō obligat deus hominē ad impossibile vel nimis difficile cuiusmodi est nō distrahi. ꝫ sufficit intētio virtualis.

¶ Quid si q̄s putet baptizare puez. cui imponit nomē. petrus. z est puella. Rñ.fm Do. q̄ aut intendit baptizare ꝑsonā cuiuscūq̄ sexus sit. z est baptizata. aut intēdit baptizare marē tm̄. z sic non ē baptizata. aut simplr baptizat. z est baptizata.

¶ Quid de baptizante ex ioco. Dic q̄ si hēbat intētionē baptizandi est baptizat⁹. al's secus.

¶ Quid autē in dubio: Alstēn. dicit. hunc esse rebaptizandū sub cōditione. z.

¶ Utrū plures possint vnuz baptizare. Rñ.fm Ri.in.iiij.di.iij. q̄ de necessitate vni⁹ actus baptizandi est ministri vnitas. ad vitandū pctm̄. ex pte baptizantis. nisi forte in casu necessarij essent plures ad puez abluendū. nō est aūt de necessitate ad efficaciā sacri. Modus enī exprimendi baptizandi actū. z ꝑsone ministri exꝑssio. sunt ex traditōne ecclesie. vñ nō videt efficacie sacri repugnare puerū a pluribꝫ simul ablui. Iz fieri nō debeat nisi in magna necessitate. Et cū baptizātes dicunt. Nos baptizam⁹. nō ē sensus. Ego baptizo. z ego baptizo. Sed est sensus. Ego z iste baptizam⁹. Nec ē verū q̄ oīe plurale geminat suū singulare. vt in plurali ꝑme ꝑsone. Sz bene est verꝫ de plurali scde z tercie ꝑsone. hec Ri. Idē dicendū q̄n vnus baptizat plures. dicēdo ego vos baptizo. baptizati sunt.

Baptismus.iiij.

Quo ad suscipientes. vtr̄ oēs hoīes fuerint obligati ad susceptionē sacri post xp̄i resurrectionem. Rñ.fm Ri.in.iiij.di.iij. q̄ non oēs hoīes fuerē obligati ad susceptionē baptismi statim post xp̄i resurrectionē. Nullus enī tenet de necessitate obſuare legē anteq̄ ꝓmulgata sit. nec etiā post ꝓmulgationē q̄uscz sibi innotescat. nisi defectus ei⁹ sit in eā q̄re nō statim innotuit sibi ꝓmulgatio legis. lex aūt de necessitate suscipiēdi baptismū. non statim fuit post xp̄i resurrectionē ꝓmulgata. q̄ nō statim dixit illud verbū Mar. vltimo. Ite docete oēs gentes ꝛc. illa aūt ꝓmulgatio nō fuit oīb⁹ nota. z tñ fuerūt multi. q̄z defect⁹ nō fuit in eā tarditionis illi⁹ noticie. Sed postq̄ ei⁹ ꝓmulgatio fuit diffusa p vniuersum orbē. oēs fuerunt obligati ad baptismi susceptionē. Et etiaz iā iustificati qui baptismū nō susceperūt. tenēt ad baptismū. q̄ q̄tus aliq̄ lex constituat ꝓter ea q̄ accidūt. vt in pluribꝫ si tñ generaliē lata est. nō tñ tenent ad ei⁹ obseruationē habētes illud ꝓpt̄ qđ est lata. ꝫ etiā nō habētes. q̄ nō solū baptism⁹ institut⁹ est ꝓter peccatū originale delendū. ꝫ etiā secundario ob fideliū ab infideliꝫ distinctionē.

¶ Vtrū puer in vtero matris existens possit baptizari. Rñ. si totaliť tal' puer ē in vtero mris. nec de eo apparet aliqō mēbr. nec eius ps. tunc baptizari non pōt. qz talis deo notus est nō ecclesie. nec subijci pōt opationi ministrorū ecclesie. nec mater viua scindi dz vt puer nasci possit z baptizari. quia nō sunt faciēda mala. vt veniāt bona. deberet aūt scindi. si iaz defuncta esset. vt. ff. de inoffi. te. l. posthum⁹. Qñ autē apparet aliqō mēbr. z nō est plene nat⁹ expectāda est totalis egressio nisi piculum mortis imineat: seu timeať. naz in tali casu egressa pre ꝓncipali. s. capite: baptizari dz. Idē dic de alijs mēbris. vt manu z pede. Fm Jnno. nā fm eum de necessitate non reqriť immersio ꝫ satis est q baptizans effūdat aquā sup corꝓs baptizādo: lauādo totū corpus: vel maiorē ptē: vel saltez caput. Dicit etiā sufficere. q scintilla aq̄ ꝓiecta a baptizāte: tangat corpus baptizati. Nō est fm eundē Jnno. qa licet in verbis sit tradita certa z sbalis forma. non tñ in facto. Sola eñ intentio est de sba baptismi. vnde sufficit q baptizans effundat aquā sup baptizando q̄ntūcunqz modicā. nā qñqz posset contingere ꝓpter debilitatē baptizātis z grauitatē baptizati. q nō posset illū sustētare manibꝰ z mergere illū in aquā. Et Jnno. loquiť etiā in puero totaliter egresso ex vtero matris. Et dicit panor. in. c. debitū. extra eo. q opinio Jnno. facit ꝓ infantibꝰ q̄ sunt multū debiles. vt nō immergaňť in aquaz neqz laueť totū corpus. ne incurrāt piculū mortz. Jo. tñ dicit tutius esse: vt in verbis z in factz obseruetur ꝓsuetudo loci. vt in. c. de trina. de ꝓse. di. iiij vbi dī q loci ꝓsuetudo. obseruari dz. siue fiat trina immersio siue vnica. Si tñ puer in vtero existens. cui⁹ aliq̄ ps apparet et baptizata fuerit. Si postea moriať. sepeliri dz in sacrato. exquo tā solēnis doc. vt Jnno. dicit talē puez esse baptizatū. Idē tenet panor. Si tñ talis puer supuiueret. ad habūdantē cautelā consulo vt baptizeť iterū: sub cōditione tñ. Et ꝓ dicta soluit q̄stio singularis q̄ fuit. de facto. Quidā deferens puez. ad baptizandū ad ecclesiā valde remotam. vidēs in puero signa mortis. nec habens secū aquā. ꝓiecit eū in vno puteo. dicēdo: ego te baptizo. Jn noīe p̄ris ꝛc. nunq̄d iste sit baptizatus vt sic possit sepeliri in cymiterio ecclesiastico. Quidā lector theologie de ordine p̄dicatorū dixit q nō. Sed vt refert ab. multi canoniste fuerť illi detestati. qz non desiuit in hoc casu nec verbū. nec elementū. Sed postea ipse abbas cōsuluit magistrum suū. qui rūdit q non erat baptizatus. Et sic concordauit cuz iudicio illius magistri motus. quia in baptismo nō solū requiriť immersio. ꝫ etiā eleuatio ab aquis in signū resurrectionis xp̄i. d. c. de trina. Sed dicit panor. q hec ratio apud eū nō concludit. qz vt dictū est supra de necessitate nō requiritur immersio. z per consequens nec eleuatio. vnde credit q si posset constare q puer vixerit. q̄n diu baptismus fuerit ꝓpletus. q satis dicať baptizatus. Sed qz posset deficere in via. anteq̄ baptizaretur. posset sustentari alia opinio.

¶ Sed pone q iste paruulus dū ad baptismū defertur ab infideli interficiť: nunq̄d saluabiť. Respondit astēn. li. iiij. ti. vj. q nullus puulus saluať q̄tū est de lege cōmuni. nisi virtute sacramēti. non quia puulus teneať ex p̄cepto. ꝫ quia sine sacramēto vel aliquo qō equipolleat deus nō disposuit dare gratiā. Si vo puulus ꝓpter hoc solū occisus est a ꝑsecutore. cū portareť ad baptizandū ne baptizaretur. moriť ꝓ baptismo ideo in sanguine suo pie crediť baptizatus. Si autē alia de causa occiditur q̄tūcunqz deferať ad baptismū. damnabiť.

¶ Circa tñ p̄dicta sciendū. q triplex est baptism⁹. scz fluminis. flaminis. z sanguinis. Jn baptismo fluminis vel in re vel in ꝓposito si haberi nō possit in re. fit salus. Jnquantū est de virtute eius. Baptismo vo flaminis fit salus adulto. dū tamen baptismus fluminis sit in ꝓposito. de conse. dist. iiij. baptismus. z de p̄sby. non bap. apostolicam. Vbi etiā habeť q credens se baptizatū. iz non sit baptizatus nihilomin⁹ si decebat saluať. Paruulo autē non fit salus p baptismū flaminis. nisi de ꝓuilegio speciali. Vt patz de sanctificato in vtero. quia non habet vsum liberi arbitrij. Baptismo autem sanguinis fit salus vtriqz. s. adulto et paruulo. Et hoc si fit ꝓpter deū.

¶ Vtrū sanctificat⁹ in vtero teneať ad baptismū Rūdit Astēn. q sic. sicut patet p Johannē q̄ dixit se a xp̄o debere baptizari. Et hoc quidē non ꝓpter indigentiā remedij. ꝫ ꝓpter impressionē caracteris et huiusmodi.

¶ Vtrū apostoli fuerint baptizati. Rūdit astēn. q sic. p glo. Jo. xiij.

¶ Vtrū puer existens adhuc in vtero matris regenerari possit baptismo sanguis? Rūdit astēn. quidā dicunt. q nullo modo. nec p effusionē sanguinis nec p aliam viā de lege cōmuni potest puer in vtero matris a peccato purgari. Alijs autē videtur pie dicendum. q licet puer in vtero matris baptismo aque baptizari nō possit. quia nō potest ipsum sensibile sacramētū suscipere. z ecclesie ignotus est. quia tamē ad ipm effusio sanguinis pueni re potest. z deo notus est. qui ꝓncipaliter baptizat ideo p effusionē sanguinis illatā per fidem. potest ab originali peccato purgari. vnde illud Augustini. li. de baptismo parulorū. Qui natus non fuerit non potest renasci. Intelligendū est de regeneratione baptismi aq̄. Idē Ri.

¶ Jnfans expositus. si nullū signū vel testimoniū apparet q baptizatus sit. baptizari debet sub conditione hac. si nō es baptizatus ꝛc.

¶ Quid fiet quando nascit monstrū. Rñ. aut certum est esse duas animas rōnales. aut nō. certum est autē si sunt duo capita z duo colla. z duo pectora. quia erunt p cōsequens duo corda. Et sic sunt baptizandi vt duo. Et q̄us p̄sumatur q plures possint simul baptizari. dicendo: ego vos baptizo tutius tamē est eos baptizare sigillatim. Si vo dubium est. vtrum sint due anime. tunc primo baptizandus est vnus. postea potest alter baptizari sub conditione. Sic: Si non es baptizatus. ego te baptizo ꝛc.

¶ Vtrū in eo qui est baptizandus requirať intentio et volūtas. Rñ. fm pe. Suscipiētū baptismū

tres sunt differentie. Quidã eñ nunq̃ habuerũt vsum rõnis. vt paruuli. et ꝑpetuo furiosi. ⁊ in his non requirit voluntas. Quidã vo aliq̃ habuerit. ꝛ tunc non habeant. ⁊ in his in necessitate sufficit antecedens voluntas. Itaq; amẽtes et dormiẽtes si ante furiã vel dormitionẽ habebãt contrariã voluntatẽ. non recipiunt sacrm. Si autẽ habuerunt ꝓpositũ. et hoc p signa aliq̃ innotuit. tunc in articulo necessitatis debẽt baptizari. etiã si furiosus tũc contradiceret. Si tñ necessitas tunc nõ sit. dz expectari lucidũ intervallũ: vel vigilia dormiẽtis. Quidam vo habent vsum rõnis tunc cũ baptizant. et in his requirit contritio ⁊ devotio ad ꝓcipiendũ rem sacri. ⁊ intentio et voluntas ad ꝓcipiendũ sacramentũ. Nec tñ requirit voluntas absoluta recipiendi qđ ecclesia confert. ꝛ q̃q; sufficit voluntas coacta. Et si sit coactio sufficiens. et ex toto ab extra. vt cũ aliquis reclamãs immergit violenter. talis: nec sacrm suscipit. nec rẽ sacri. Si autẽ sit coactio inducens sicut minis vel flagellis. Ita q̃ potius ipse eligat baptismum suscipere. q̃ talia pati. suscipit sacrm. sed non rem sacramẽti. hec ꝓbant. xlv. di. de iudeis. et extra de bap. maiores.

Vtrũ in eo qui debet baptizari requirat fides. Rñ. fm Pe. In puñis ⁊ naturaliter stultis ⁊ hmõi q̃ ꝑse nõ possunt credere. nõ requirit fides ꝓpria. ꝛ sufficit aliena. In alijs vo requirit fides ꝓpria. non quidẽ ad susceptionẽ sacri. quia etiã sine ea re ciperet caracter. ꝛ q̃tũ ad susceptionẽ rei sacramẽti. i. gratie.

Baptismus iterari nõ debet. j. q. j. qđ quidam. Pena aũt iterantis. fm leges est vltimũ supplicium. C. ne sanctum bap. l. ij. fm vo canones. tales non pñt ꝓmoueri. siue sciẽt rebaptizati sint. siue ignoranter. Et postq̃ sciuerint ratũ habuerũt. l. di. cõfirmandũ. Alis vo q̃ ignorant rebaptizati fuerũt. vt infantes vel coacti absolute pñt ꝓmoueri fm quosdã de iure. fm alios qđ tutius est de dispensatione. de ꝑse. di. iiij. q̃ bis. Itẽ clerici iterantes baptismũ deponẽdi sunt. ar. c. eos. ⁊ c. q̃ bis. de cõse. di. iiij. Layci vo grauiby penis plectendi sunt. vt ibi. Si vo dubiteꝫ. an aliq̃s baptizatus fuerit. baptizetur sic. Si es baptizatus non te baptizo. Si non es baptizatus ego te baptizo. In noĩe pa. ⁊c. extra de bap. c. ij.

Cũ iudeus vel pagan⁹ petit baptismũ. An statim baptizandus sit. Rñ. si piculũ est in mora. vt q̃ baptizãdus timet ne alij infideles si hoc senserint interficiãt eũ vel aliꝫ impediãt. ꝛcitius est baptizandus. de ꝑse. di. iiij. ne qđ absit. Dz si piculuz nõ adsit. tũc ꝑ. viij. mẽses vel alio termino arbitrario dz differri. ⁊ int̃ cathecuminos teneri. de cõse. di. iiij. iudei. ⁊ c. se.

Quid si nõ baptizatus ꝓmoueaꝫ in sacerdotẽ ⁊ epm. ⁊ postmodũ celebret ⁊ multos ordinat. Rñ. panor. in. c. si q̃s. de ꝑs. nõ bap. dicit q̃ defect⁹ sacri baptizantis impedit impssionẽ caracteris aliorum sacrorum. quia baptism⁹ est ianua oĩm sacrorum. Et ꝑ puñs nec conficere: nec absoluere: nec etiã ordinare põt. Vle tñ credendũ est: q̃ aĩe saluent ꝓpter fidez sacri. ⁊ ꝓpter hoc glo. singularis. in. c. apostolicam de ꝑsby. nõ bap. dat singularẽ limitationem ad. l. barbarius. ff. de offi. ꝓto. ⁊ ad. §. verũ. iij. q. vij. In quib⁹ notatur q̃ cõis error seu opinio facit valere gesta. Ista eñ ꝓcedunt in dependentib⁹ a iurisdictione. nõ aũt in dependentib⁹ ab ordine seu alijs sacr̃alib⁹. In his eñ attenditꝫ veritas. ⁊ nõ opinio de hac mã vide. j. Confessio. iij. in fi.

Quid aũt si ordinat⁹ ab isto: q̃ cõi opinioni babebat. ꝓpõ nõ velit amplius ordinari. Rñ. d. an. dicit se credere istũ cõpelli debere ad suscipiendũz ordinẽ sacrũ ꝓpter intẽtionẽ suam: quã semel habuit. Jo. an. dicit q̃ remanebit laycus. Et licite ñ deberet ꝫhere mrimoniuz. q̃a tacite videt̃ voluisse cõtinentiã. tñ si ꝫbat. tenet mrimoniũ. cũ illud votum nõ fuerit solenne: exq̃ vere non recepit sacrm ordinis. Ex q̃ infert panor. in. d. c. si q̃s. q̃ ad solemnizandũ votũ nõ sufficit opinio ⁊ credulitas. ꝛ oz q̃ vere subsequaꝫ sacer ordo. vel ingressus religionis. vt. c. vnico. de voto. li. vj.

Baptismus. v. Quo ad tpa.

Vtrũ aliq̃d tp̃us determinatũ sit ad baptismũ. Rñ. q̃tũ ad ſbam sacri non est aliq̃d tempus determinatũ. immo q̃libet die ⁊ hora celebrari põt. Quo vo ad solennitatẽ: ecclesia habet duplex tempus. s. sabbatũ pasche ⁊ sabbatũ penthecostes.

Vtr̃ baptismus debeat ꝑ aliquod tp̃s differri. Rñ. fm doc. magis laudabile est q̃ puer q̃citius fieri põt baptizetur. Primo q̃ interim puer possz mori ⁊ dãnariꝫ. Secõ q̃ demones nõ bñt tantaz ptãtẽ in baptizatis. sicut nõ baptizatis. Tercio q̃ in puericia facili⁹ hõ inducit̃ ⁊ assuescit in his que sunt xp̃iane religionis ⁊ forti⁹ inheret. Adult̃ aũt nõ statim cũ ꝓcurunt̃ est hoc sacrm cõferendum. Primo ne ecclesia in talib⁹ decipiat̃. Secõ vt ante baptismũ plenius instruant̃ in fide. Tercio ꝓpter reuerentiã sacramẽti.

Baptismus. vj. Quo ad ritũ.

Vtrũ immersio sit de necessitate baptismi. Vide s. baptismus. iiij.

Quid de duob⁹ sacerdotib⁹: quoꝝ alter est manchus: et alter mutus. vno ꝓferente: ⁊ altero ĩmergente. Rñdit Ri. in. iiij. di. iij. q̃ de lege cõmuni baptizatus nõ esset. quia q̃ius determinatus modus exprimendi actũ non sit de necessitate efficacie sacri. tñ exprmere actũ esse ab illo a q̃ nõ ẽ derogat efficacie sacri. Sic aũt ẽ in ꝓposito. q̃ baptism⁹ est ablutio. Si aũt ille q̃ vba ꝓfert nõ abluat. exprmit actũ baptizãdi esse ab illo a quo nõ est. siue exprimat in singulari: siue in plurali.

Vtrũ in baptismo vel ꝓfirmatione possit leuare vel tenere nõ baptizatus vel non confirmatus vide. j. Impedimentũ. vj.

Baptismus. vij. Quo ad ei⁹ effectum.

Quis sit effectus baptismi. Rñ. fm Tho. paruuli in baptismo mundantur ab originali ⁊ dant̃ eis vtutes in habitu. sed nõ in vsu. Adultis vo fit remissio omnium peccatorum

non solū originalis. ꝫ etiā omniū. aliox ꝛ tocī pene. neqꝫ requirīt alia penitētia.

¶ Vtꝫ ficticio impediat effectū baptismi. Rñ. fm Pe. qui fictus est in hoc q̄ simulat se velle conferre vel suscipere baptismū et nō intendit. effectū ei⁹ impedit. Sed qui simulat se dispositum interius. cū non sit. vel qꝛ nō credit. vel qꝛ cū ꝓposito peccandi accedit aut contēnit sacrm. nō suscipit rē sacri. i. grām. ꝫ bene caracterē suscipit. ¶ Et vt dicit Aug⁹. conualescere incipit qū fictis veraci ꝓfessionē recedit. ¶ Et baptism⁹ quidez pctā ante cōmissa delet q̄ ad culpā et penā. ꝫ cōmissa post baptismū delet q̄ ad culpā. ¶ Et hoc p accidens. qz magis delent virtute penitentie.

¶ Vtrū effectus baptismi equalis sit in omnib⁹. Rñ. fm pe. q̄tū ad caracteris impssionē ꝛ pctoꝝ ꝛ pene dimissionē: eqlis effectus ē. Sed q̄tū ad dē pssionē fomitis ꝛ infusionē gre est ineqlis. qz ineqlis pōt esse dispositio voluntatis. In quibus tū qz eqlis est dispositio: ꝛ effectus eqlis erit.

¶ An autē baptism⁹ tollat irregularitatē bigamie vel homicidij. Vide. ſ. Bigamia.

BELLUM. Vtrū capta in bello subij ciant restōni. Rñdit monal. q̄ nō tenent ꝓncipes. nec milites si bellū est iustū. di. j. Jus gentiū. Itē fm eū nō tenent restituere qñ bellant ꝓ reb⁹ repeteñ. vsqꝫ quo satisfactū fuerit eis de omni damno ꝛ interesse. qđ iniuste ab hostib⁹ illatuꝫ est eis. ar. xxiij. q. j. c. j. et. q. iij. c. fortitudo.

¶ Que aūt reqrant ad hoc vt bellum iustū dicat. Rñdeo. q̄nqꝫ sunt. ſ. psona. res. causa. animus. et auctoritas. Primo psona. ſ. vt sit persona cui liceat bellare. ſ. vt sit secularis ꝛ non ecclesiastica. xxiij. q. viij. clerici. nisi in necessitate ineuitabili. Res. vt scz fiat ꝓ reb⁹ repetēdis vsqꝫ q̄ sit ei satisfactū. Causa. ſ. necessaria vel licita. vt ꝓ defensione. de resti. spo. olim cām. Animꝰ. ſ. nō ex odio. vltione vel cupiditate: sed ad correctionē vel ꝓpter iusticiam vel obedientiā. xxiij. q. j. q̄d culpat. Auctoritas. ſ. superioris. d. c. q̄d culpat. Dicit enī impator. nulli prorsus nobis inscijs atqꝫ incōsultis: quoꝝlibet armorum moliendoꝝ. copia tribuat. C. vt ar. vsus inscio pn. int. sit. l. j. li. xj. Idē dicit Hostiē. in sum. et addit q̄ fieri etiā pōt auctē eccleſie. p̄cipue si pugēt ꝓ fide. Idē dici posset etiā in dñis tpalib⁹ inferioribus a ꝓncipe ꝛ cuitatib⁹ q̄ ꝓscripserunt iura imperij. vt in. c. sup q̄busdaz. de ver. si. ¶ Et si aliqō dictoꝝ. v. defuerit: bellū diceť iniustū.

¶ Primo q̄rit. q̄d si aliqō p̄dictoꝝ defuerit. nūq̄d tenebit. q̄s restituere quicq̄d adept⁹ est in bello illo Rñdit monal. q̄ ꝑnus bellū sit nō iustū ex causa. aio. psona ꝛ ex auctoritate. Si tū res subsit. ſ. qꝛ ꝓ reb⁹ repetēdis factū est: nō tenet. q̄ mouit bellū. restituere qō ibi accepit. nisi ceperit vel dāmificauerit aduersariuꝫ suū vltra q̄ habuit ille de suo iniuste. aut dāmificauerit eū. ¶ Et hoc est dicēdū fm iudiciū fori pnīalis. vbi hz locū cōpensatio etiaz non li q̄di ad liquidū q̄ non hz locū in foro contentioso. Nñ si q̄s in foro pnīali confiteat se ꝓ furtū habuisse. x. de reb⁹ illius q̄ manifeste abstulerat ei. xj. facere cō

suenit ꝛ bene iudex pnīarius cōpensationē. nec iniunget ei restitutōnē illoꝝ. x. nisi aduersarius eius postmodū restituat ei. xj. ablata. Iniunget tamē ei pnīam de furto cōmisso. Idem Ho. qui etiā dicit q̄ is qui iuste pugnat non tenet ad restitutionem prede. ꝫ fit capientis. xxiij. q. viij. si de rebus. qđ est valde singulare. ¶ Et hoc intelligas siue capiatur de rebus iniuste pugnātis siue vasallox siue hominū suoꝝ. quousqꝫ iuste pugnanti. de debito vel iniuria vel offensione illata vel dāno dato sibi vel suis de interesse suo iuxta ꝓpriā et sanā conscīam sit plenarie satisfactū. vel donec hostis patus sit satisfacere. vel iuri pituꝫ se offerat. Illos autē intelligas suos. qui plus hominē q̄ deū timētes sequunt̄ dominū suum in bello illicito. Alios autē qui ei non pstant auxiliū consiliū vel fauorē. non credim⁹ puniendos. de hoc tamē vltimo. dic vt. ſ. Repsalie. Quod autē dictū est illos teneri q̄ dominū in bello iniusto sequunt̄. intelligas qñ de hoc certi sunt. vel ꝓbabiliter credunt iniustū esse bellū. maxime vbi eps ꝓhibebat. Si vo certi essent vel ꝓbabilit credebant iustum esse. in nullo tenerent nisi forte ꝓpter coꝛruptā intentionem cupiditatis. Sed hoc reputo periculosum. quia sola conscientia non facit iustum bellum. immo auctoritas iuris vel iudicis . est q̄tum ad hoc pertinet requirenda. Hec Hostr.

¶ Secō quero. quid si ꝓbabiliter dubitat. Vtrū iustū sit vel iniustū. Rñdit idē mo. q̄ adhuc ꝓpter bonuꝫ obedientie excusat. d. c. quid culpatur. fm Ray. hoc verꝫ est si in q̄situ q̄ntū potuit. ꝛ peritiores consuluit et dubius semp remānsit. alioquin affectatoꝛ ignorantie sicut expers scientie puniretur de clam. despon. cū inhibitio. Nec excusat ꝓpter timoꝛē amittendi feudū vel incurrendi damnum xxxij. q. v. Ita ne. Licet metus culpā attenuet. extra qō metus causa. sacris. Sed auctoritas iuris. vel iudicis requirit. Idem Hosti. Concoꝛ. Ri. in iij. di. xv. dicens. q̄ q̄ in guerris scienter inferunt damna innocentib⁹. tenent illis ad restitutionem Illi autem in guerris innocētes non sunt. qui habenti iniustū bellum fauent directe vel indirecte de psonis vel rebus.

¶ Tercio. nunq̄d hi q̄ sequunt̄ teneant̄ insolidū. Rñ. fm Hosti. distinguendū est. Vtꝫ scirēt p̄dā cōmitti debere. vel ignoꝛarēt. tū a preda non abstinuerunt. imo alios adiuuerunt. Et tales ꝛ hi qui consilio. auxilio vel adulatione. vel detractōne. seu alia causa simili induxerūt tyrannū ad p̄dā faciendam vel guerrā mouendā iniuste. tenent̄ insolidū si ꝓpter hoc sciunt vel credunt q̄ tyrānus ad hoc sit inductus. alꝫ nō facturus. vel non tātū factur⁹ quo ad id qō plus fecisse credit ex tali instigatione ar. de homi. sicut dignū. Si vo sciunt vel credunt q̄ ꝓpter hoc ad hoc non fuit motus. nec ꝓpter tales plus vel minus fecit. tunc non tenent. nisi inquantū ad eos puenit. vel de his que expenderūt et inquantū dāmnū dederūt p se vel familiā suam directe vel occasionaliter.

¶ Quarto quid si neuter raptoꝝ dominus erat. nec vnus magis animauit aliū q̄ alter ipsum. sed

simul conuenerunt de faciendo talē insultum. vel de tali rapina cōmittenda. Rñdit Io. q̄ qlibet tenet insolidū. Alij vo dicunt q̄ quilibet p parte sua satisfaciat.

Quinto nunq̄d oēs q̄ sequunt. etiā si vn⁹ solus potuisset p se hoc facere. teneāt insolidum. Rñdit Io. q̄ sic. vt est tex. ff. ad. l. aqui. ita vulneratus. Aliqui tñ dicūt q̄ sufficit q̄ qlibet p pte sua satisfaciat. Si enī ppter eoz sequelā cōsiliū vel exortationem sciunt vel phabilit estimāt eū rapinā fecisse. ita q̄ al's nō fuisset factur⁹. qlibet eoz tenet insolidum. Si vo ppter eoz sequelā non plus fecit. q̄z al's fuisset factur⁹. tūc tenent tñ de his q̄ inde habuerunt vt dictū est. Si vo credūt q̄ etiā sine suo adiutorio dānū fecisset. tūc tñ tenent ad illud pl⁹ vt s. Vel dic fm Ray. q̄ñ sunt plures raptores. si simul vadūt. q̄si sit vn⁹ exercit⁹ qlibet tenet insolidum. nā et qlibet iuuat alios z facit eos fortiores. hoc tñ verū est fm v̄v. q̄ñ vn⁹ sine alio nō fecisset. al's qlibet tenet p dāno q̄ intulit. Si vo nō iuerunt simul. q̄z qlibet p se fecit damnuz. qlibet tenet p eo q̄ intulit.

Sexto. vtrū p bellū vel violentiā liceat p⁹pria auctoritate rē iam ablatā vel inuasam recuperare. Rñ. fm Inno. et Io. Si hoc fiat incontinenti. Certe lz. nā de iure naturali cuilibet licet vim vi repellere. dū tñ incontinēti z cū moderamine inculpate tutele. i. q̄ tutela illa moderata z sine culpa sit nec sit ad sumendā vindictā. q̄z ad ppulsandā iniuriā. de homi. significasti. cl. ij. Et dī moderata tutela. si illō tñ fiat. q̄ omisso violētia repelli nō possz Si aūt ex interuallo fiat. non lz. imo tunc dz adiri iudex raptoris z eius auctoritate recuperari. Nā si aliq̄s ppria auctoritate etiā rē suaz accipit: cadit a iure suo z pdit eā. nisi forte ñ posset p iudicē eā recuperare. di. j. ius gentiū. Hoc intellige in foro cōtentioso. Secus in foro cōscie. q̄z licet male fecerit. non tñ tenet ad restitutionem. Sicut z de illo qui absq̄ auctoritate superioris accepit de reby dānificatis vsq̄ ad valorē dāni. vt dictū est s. Min⁹ tenet si sine culpa habuit de bonis illi⁹. vtputa q̄z inuenit. vel alius sibi dedit z hmōi de hoc vide. j. caplo familia. Idē videt tenere Alex. de ales. in. iij. q̄ si q̄s sine scandalo rē suā latenter vel p violentiā accepit. vel rē equipollentē rei sue. nō tenet restituere. q̄z simplicit non fecit furtuz. Et si dicat q̄ p̄cat rem alienam inuito domino. dicendus q̄ non. vt alienam.

Septimo quid cū subditus monet bellū mandante sibi dño. vel sequit eū. nunq̄d tenet restituere siq̄ ab hostibus accepit. Rñ. si bellū est iustū. non tenet nisi iuxta edictuz dñi sui. Si vo sit iniustum tunc tenet. q̄a plus debuit timere deū q̄ hominē. Si vo dubitat vtrz sit iustū vel nō. interim non tenetur. s. quousq̄z dubitat. nā excusat ppter bonuz obedientie. xxij. q. j. c. quid culpat. Si aūt postmodum sciuit bellum iniustū fuisse. statim incipit esse male fidei. Et tenet restituere q̄ accepit. Limita tñ hoc sicut dictū fuit s. in pncipio capituli. q̄ñ in hmōi dubio consuluit pitos. z semper dubius remansit. nā tunc q̄ habuit in iusto bello retinere po test p⁹pter bonū obedientie.

Octauo quero. an sicut subditi monētes belluz excusant in dubio vt dictū est. Vtrz similiter excusent amici. cognati. stipendiarij. z hmōi. Rñsio fm v̄v. q̄ non. quia non excusat eos obedientia: nec in dubio debent se cōmittere discrimini. vt iuuent aliquē in p̄iudiciū alterius. xxij. q. v. denicz. nec est simile de aduocato quē excusat bona fides q̄ditu credit iustā eē causam. q̄z est illi inder⁹ supior qui cām examinat z de allegatis iudicat. In bello vo viribus corporalibus vincit. z non p rationē diiudicatur concor. Vl.

Nono q̄ro. an libere accedētes ad bellū obligēt sibi illū: in cui⁹ seruitiū vadunt si in dānū incidūt. vtputa si in bello pdant arma. equos z hmōi. siue capiunt eundo ad bellū. siue in redeundo. Rñdit Archi. flo. q̄ si accedūt vocati a dñis z rogati. z nō motu ppio. q̄z req̄siti. tūc habēt actionē mandati cōtra dñm. si ptingat ipsos aliq̄d pdere. vt s. dcm̄ est. nisi appareat q̄ causa pietatis. humanitat⁹ vel parentele hoc fecerint. xxij. q. iij. nō inferēda. Et si opponas. dicēdo. dñm nō teneri. q̄ talia pdiderit casu fortuito. de q̄ q̄s non tenet. de homi. Jobes. Rñ. Iste est casus fortuitus q̄ potuit z debuit p̄uideri. q̄z verisimilit hec p̄tingūt in bellis. q̄ dubius est euentus belli. z ita notat Inno. in. c. sicut. el. iij. de iureiur. z ibi pan⁹. idē sentit dicens q̄ vocati a dño. q̄ tñ non tenebant obedire. possunt agere cōtra vocantē actione mādati. etiā ad dāna q̄ cōtingunt casu fortuito. dū verisimiliter contingere potuissent. quasi vocās hoc debuerit cogitare a pncipio. Secus vbi damna cōtigissent ex casu fortuito qui verisimilit non fuit cogitatus. vt in. l. inter causas. §. non omnia. ff. man. que verba sunt valde notanda. maxime in materia fideiussionis. lz sec⁹ sit in cōmodato. quia cōmodatarius non tenetur de casu fortuito. sed hoc contingit ex natura mandati. quia regularit mandatarius agit ad mandātis comodū. cū non intendat facere de suo beneficium. Et intellige p̄dicta in eo qui gratis suscepit mandatū. nā si aliquid accepit. non dicit mandatarius: sed locator. mandatū eīm debet esse gratuitum. Vnde puto q̄ isti qui veniunt p̄cio. vt stipēdiarij non possunt agere ad damna que cōtingūt sine culpa saltē leui mandatarij. nā ibi contractus pficitur grata vtriusq̄z. z mandatum explicat gratia mādantis tñ. Et p hoc infert ad aliā. q. Quis mandauit alicui. vt faceret sibi aliquod edificiū in insula circumdata mari. ppter qō mandatarius ex causa naufragij incurrit multa damna. nunq̄d possit contra mandantē agere: et concludit q̄ pōt dūmodo casus sit talis. quē non incurrisset si mandatum non habuisset. Sed hoc videt p̄tra dictuz. §. non omnia. vbi dicit. q̄ vbi mandatarius fuit spoliatus in via a latronibus. non agit contra mandantem. Ideo mihi plus placet distinctio facta supra de casu fortuito. qui verisimiliter fuit cogitatus aut non. Et per p̄dicta. l. inter causas. Ioan⁹. in. c. cum p cā. de p⁹cur. infert ad aliam. q. q̄ dicta nam. Quidam p̄curator alicuius domini incidit in latrones. dum iret p⁹o factis domini. et ab eis

fuit spoliat⁹. vel in via fuit infirmitate oppressus. nunquid possit huiusmodi damna vel expensas factas imputare dño. Et concludit fm doc. ibi q̄ non. p. d. ℣. non oīa. Dcōo q̄ hec sunt extrinseca a mandato. ⁊ potius sunt imputanda casui fortuito Secus est in duob⁹ socijs. q̄ vnus imputat alteri damna: que passus est occasione societatis. vt in. l. cum duobus. ℣. quidaz. ff. pro so. vide de hoc. j. c. societas.

¶ Quero. an non vocati ad bellū. sed ꝓuio motu accedentes: obligent sibi illū in cui⁹ seruiciū vadūt Rñdit Archi. flo. Si animo donandi hoc faciūt. vtputa. pietatis. humanitatis. vel parentele. tales non agent. xxiij. q. iij. nō inferenda. Si aūt animo obligandi illū cui⁹ negociuz gerunt. tunc agent vi negocioꝝ gestoꝝ. ⁊ sufficit vtiliter ceptū negociuz fm Jo. de ligna.

¶ Quero de accedentib⁹ ꝓuio motu. contradicētibus tñ illis: in quoꝝ subsidiū vadunt. nunq̄d tales obligent illū in cui⁹ seruiciū vadunt. vtiliter incipiendo. ⁊ etiā feliciter implendo. Rñ. q̄ nō. naz gerens negociū alterius eo inuito nō potest petere aliquid. nisi ꝓ bene gestis ante ꝓhibitionez. C. de ne. ge. l. fi.

¶ Quero. quid de cōmodantib⁹ vel locantib⁹ arma et equos euntib⁹ ad bellū. si amittant vel auferantur. Rñdit archi. flo. idē esse ius omnino. sicut de cōmodato. locato ⁊ conducto.

¶ Quero. q̄d si subditus hz guerrā contra dñm: vel econuerso. Rñ. fm v̄ v̄. cū vasallus comitis hz aliquid contra comitē. req̄renda est primo auctoritas regis. Si autē comes hz aliquid ꝑ regem. ⁊ rex humiliter req̄situs ꝑ pares curie nolet ei ius exhibere. credo q̄ si ius suū defendat armis cū moderamine. non peccat. Impugnare v̄o regē ꝓpria auctoritate non licet. ſz denunciare hz pape. q̄ poterit excōicare. Et crescente cōtumacia. debz ei dare auctoritatē mouēdi contra eū arma. vel conq̄rat coīa impatore si rex illi subsit. Et illius auctoritate si approbat mouebit bellū. Quādo autē rex cām habet cōtra impatorē. ⁊ impator ꝑ regē: qui nō subest illi non erit alius coīa quo q̄rimonia ponatur. nisi papa. vt dictū est. tū iniuriā passus peccaret mouendo bellū. si alter offerret satisfactionē. Cū autē comes hz aliq̄d contra subditū suū. nō ꝓpter hoc dz sibi ius dicere. ſz vel auctoritate iudicis superioris gladiū sumat. vel ad dyocesanuz vasalli recurrat. Cui si vasallus obedire recusauerit excōicabit rōe peccati. de iudi. nouit. Et si p ānū sic pstiterit. dyocesanus ipm ⁊ res eius capiēdas exponat. ar. xj. q. iij. rursus. ⁊ c. quisquis.

¶ Quero. quid de vasallo duoꝝ dominoꝝ. qō esse potest rōne diuersoꝝ feudoꝝ. si vtriq̄ dominoruz simul req̄runt eū. vt eos iuuet in bello. quid debet facere. Quidā dicunt locū esse gratificationi. exemplo serui duoꝝ dñoꝝ. q̄ si viderit vtrūq̄ dominuz interfici. Juuare poterit quē voluerit. vt. l. si quis in graui. ℣. ſz cū oēs. ff. ad sill. Alij dicunt q̄ iuuabit ꝓiorē. ⁊ cui primo iurauit. nā ꝓiorē fidelitatez seruare tenetur. Tutius tñ est. q̄ primo in propria persona seruiat. Secundo v̄o per substitutum. si hoc patiatur natura feudi. Idem Johannes de ligna.

¶ Quero. quid si baroꝝ⁹ regis. puta Hispanie mouet guerrā alteri baroni. ⁊ rex hispanie mouet bellū regi granate. Baro mādat hominib⁹ vt iuuent ipm. Rex etiā mādat hoīb⁹ q̄ iuuēt ipm. ⁊ concurrūt duo mādata. quē primo iuuare tenent Et videt q̄ primo baronez. nā sunt subiecti baroni respectu fidelitatis. ⁊ rōne iurisditionis. Regi aūt sunt subiecti rōe iurisditionis generalis tñ. Et sic due rōnes vincunt vnā. In contrariū videt. nam vocatus a rege: sunt vocati ad maius tribunal. et sic ꝑferendus. di. xviij. Si eps. ⁊ etiā q̄ rex vocat pro cōmuni bono et defensione vniuersali. Et sic iure gentiū obediendū. xxiij. q. iij. fortitudo. nam ꝓ defensione patrie licitū est patrē interficere. ff. de re. et sump. fu. l. minime. Et hec vera fm Jo. de ligna.

¶ Quero. nunq̄d vasallus teneat iuuare dominū cōtra patrē. vel pater ꝑ filiū. Rñdit glo. xxij. q. v. de forma. q̄ sic. nā filius solo vinculo nature obligatus est patri. ſz vasallus dño: vinculo iuramēti. Sed glo. in. c. qm̄ multos. xj. q. iij. aliq̄liter sentit contrariū. Putarē hic ponderandā q̄litatē imponendi subsidiū. Jo. de lig.

¶ Quid de illo: qui osculat sepulcrum machometi: vel aliquid facit ad eius venerationem sicut alij infideles: Rñ. Alex. de ales. dicit. q̄ si ille facit q̄ ita credit. z ideo pfitet: sic ē apostata z hereticus z excōicatus. Si vo hoc facit solo verbo vl̄ pter metum. nō in corde. tunc peccat mortaliter. non tñ est hereticus nec excōicatus. Idem dicendum de eo: qui abnegauit fidem timore mortis: vel metu tormentorum. nam talis licz peccauerit mortalissime tñ pre nō est hereticus. nec p pñs excōicatus. nec est necesse pter hoc q̄ vadat ad papā. vel epm̄ p absolutione obtinenda.

¶ Quid si inuocato: demonū in iudicio coram inquisitore abiurauit heresim. si postea inuocauit sit dicēdus relapsus. z pena relapsi punit: Ge. in. d. c. accusatus. dicit q̄ fuit consultum q̄ nō. Sed distinguit ipse. q̄ aut ille inuocabat demones. putās ipsos posse facere id ad qđ inuocabant. ex ipsorum ptāte actiua. Et tunc fm Lap. talis est hereticus: cum illis attribuat qđ est dei. p quem oia facta sūt Jo. j. xxvj. q. v. Epi. vbi tex. exp̄sse appellat hereticos querentes a dyabolo occulta. Aut inuocabat demones. non tñ credens eos posse operari ex sua ptāte actiua totaliter. sed ad id. quod est eius natura: sicut esset vt tentaret mulierem ad concupiscentiam. Et tunc licet sit malum. non tñ videt hereticus. q: dñs vocat eum tentatorem.

¶ Quid si si aliquis contrahat cum vna legitime matrimonium per verba de presenti. Et postea sla viuente contrahat auctoritate propria cum alia. An possit inquisitor contra taliter contrahentē inquirere. qualiter sentiat de sacramento matrimonij: Jo. Lapus dicit q̄ fuit consultum q̄ sic. Et p hoc facit. quia hereticus dicitur. qui commutat in vno ex sacramentis ecclesie. sed illa facit contra sacramentum matrimonij. quod habet de sua substantia vt retineat individuam vitam. cum illa cū qua contraxit: vt in.c. fi. de conditionibus appositis. Vide s̄. de hoc. Excōicatione. iij.

¶ Si heretici conuertantur. nunquid restituūtur eis vel eorū filijs bona: Rñ. non. sed ipso iure omnia confiscata sunt. extra eo. vergētis. z. c. cū scim. in. vj. eo. ti. nisi eis ad cor reuertentibꝫ. z abnegantibus hereticorum consortium. misereri aliquis voluerit. d. c. vergentis. Sed lz pso iure bona hereticorum sint cōfiscata. tñ occupari nō pñt. nisi precēte declaratione. vt dictum est supra. Absolutio primo.

¶ Nunquid post mortem heretici poterunt occupari bona eius. si de heresi non fuit in eius vita declaratum: Rñ. poterunt si postea declaret. d. c. accusatus.

¶ Histrio. vide s̄. Adulatio.

Homicidium. Primo

hōiter quid est: Rñ. est hois occisio ab hoīe facta et nō solū facto cōmittit. sed etiam verbo. Et verbo tripliciter. scilicet precepto.

consilio, ⁊ defensione.i. defendendo homicidam suis verbis: ab illis qui volebant ipsum retrahere vel impedire. l. distin. si quis viduam. Vel defensione, vt cum aduocatus defendit reum in causa criminali: vbi accusator si non ꝓbauerit tenetur ad talionem fm glo. Ray. Vel defensione. id est dissuasione. vt si ꝙs dissuadendo retrahit a bono ꝓposito hominem volentem alium a morte liberare fm Ray. Et hoc intelligit eius glo. quando corrupta intentione fit. Nam si mater filium volentem aliquem liberare a periculo mortis retrahat vel dissuadeat, quia timet ne filius ibi inficiat, parum vel nihil peccat.

¶ Vtrum liceat clericis interficere suum inuasorem? Rñ. clerici ꝙdez possunt sicut ⁊ laici vim vi repellere defendendo se ⁊ sua. ar. extra eo. significasti. el. ij. Quod si clericus ita inuadatur ꝙ aliter mortem vitare non possit, nisi occidat vel mutilet inuasorem: hoc faciendo non est irregularis. vt in de. si furiosus. ex eo.

¶ Quid si aliquis se defendendo excesserit modū in defendendo: quia cum euadere posset vulnerādo occisorem: voluit eum occidere. Nunquid veniat puniendus. Questio est notabilis ⁊ quotidiana, Bal. in. c. j. de pa. te. in vsi. feu. dicit singulariter, ꝙ licet ille non veniat puniendus pena mortꝫ puniet tñ de excessu arbitrio iudicis. qđ est valde notandum.

¶ An autem ꝓ rebꝫ saluandis liceat clerico occidere? Rñ. fm Panormitanum in. c. suscepimus. ꝙ non: licet aliter res saluari non possint. imo potius debet sustinere omnē iacturam rerum, ⁊ nullibi ita bene ꝓbaꝫ hoc dictum: vt ibi fm Panormitanum. Defendendo tamen ipsas res: non ꝓhibetur. vt in. c. olim. el. j. de re. spon. tamen ꝓ defensione rerum licet clerico manus iniicere ⁊ defendere cum baculo ⁊ gladio: non tamen: vt procedat ad seua. vt ad occisionem. Vide ad predicta quod notat idem Panormitanus in. c. ij. extra eo. ꝓpter verba tex. ibi se ⁊ sua. ꝙ tunc excusaꝫ ab occisione furis etiam nocturni. quando fecit vt liberaret se ⁊ sua. ergo ꝓ rebꝫ tñ liberandis non licet occidere furem etiam nocturnum. Nam ista ponūtur copulatiue. Non sufficit ergo altera pars. Et ita tenet glo. xxiij. q. iij. in ꝓncipio. Et aduerte ꝙ nemo ponderat istum tex. ꝙ sit contra opiniones legistarum. vt in. l. furem. ff. de sic. Et maxime cōtra Bar. in. l. j. C. vnde vi. Dicunt enim communiter. ꝙ si bona aliter saluari non possunt: licitum est occidere furem. Sed possumus dicere. saluando opinionem legistarum ꝙ loquunt in foro contentioso seculari. ℔ ꝓpter hoc non euitatur peccatum. Nota etiam ex dicto. c. ij. ꝙ vbi latro vel fur potest comprehendi: non potest impune occidi. Et ex hoc debet limitari tex. iuris ciuilis. in. l. itaqꝫ ff. ad. l. acq. ⁊ c. si perfodiens. extra eo. vt nocturnus latro possit occidi. quando. s. non potest comprehendi sine occisione. Et multum pondera literaz ibi comprehendi poterat: que non referuntur ad illum. cui damnum fur conabaꝫ inferre: ℔ loquiꝫ generaliter.

¶ Quid aūt si clericus possit aliter mortē vitare. puta fugiendo. an clericus teneatur fugere. an vō possit arma mouere? Ꝓo hoc tex. in dicto. c. olim Nam ꝓ defensiōe rerū licitum est arma mouere. vt ibi. ergo fortius ꝓ repulsione iniurie psonalis. Nam iniuria est fugari. ⁊ iniuria quelibet psonalis videtur maior qualibet iactura rerū. l. in seruorum. ff. de pe. Aliqui tamē distinguūt inter qualitatem psonarum. vt dicit Panor. in. c. sicut dignum. extro eo. vt si miles aggrediaꝫ rusticū. debet rusticus fugere: si potest quia non est verecūdia militem fugare rusticum. Alij vt Bar. videntur tenere: ꝙ non teneatur fugere quia semp fugiendo est verecūdia. Sed Panor. dicit. ꝙ ista ps forte est vera de iuris rigore. licz in foro anime alia pars sit tutior.

¶ Vtrū liceat persone priuate hominē peccatorem occidere? Rñ. ꝙ non. vnde Augu. primo de ciui. dei. Qui sine aliqua publica administratione maleficum interfecerit: velut homicida reputabitur. Nam occidere malefactorem licet: inquātuz ordinaꝫ ad salutem totius cōmunitatis. Et ideo ad illos tñ pertinet quibꝫ cura cōmittiꝫ cōmunitatis seruande.

¶ Vtrum alicui liceat se occidere? Rñ. ꝙ non. vnde Augu. vbi supra. Quod dictū est. Nō occides. intelligitur de homine. Nec ergo alterum: nec te. Nec enim aliud qđ hominem occidit qui se occidit. Nec obstat ꝙ Sanson se cum hostibus occidit: vt habetur iudi. xvj. qui tamen numeraē int sanctos. Ad hebr. xj. ꝙ vt dicit Augu. hoc sibi spiritꝰ dei latenter suggessit. Et eandez rōnem reddit de quibusdam feminis sanctis. Nō obstat etiam ꝙ Razias qui se occidit laudatur: quia ex hoc non laudaꝫ: sed ꝓpter zelum legis. ij. Machab. xiiij.

¶ Vtrū liceat mulieri se occidere ne ab alio corrūpaꝫ? Rñ. ꝙ nō. De hoc vide s. Furtū.

Homicidium. ij. quod cōmittiꝫ ꝓsilio vel mandato. Homicida ꝙdē ꝓsilio intelligiꝫ fm vō. de ꝓsilio exhortatiōis: vel approbatiōis ꝙ homicidiū fieri debeat. Non aūt de rūsione sua generali sue opiniōis. vñ si querēti. An christiano liceat occidere paganū vl̄ iudici malefactorē. Rñdeaꝫ ꝙ sic. Sic tamē rūdens nō peccat: nec fit irregularis: nisi talis ꝓbabiliter videat ꝙ iudex ille vel bellator fm eius cōsilium velit agere. Et sic fecit. Et fm Hu. pōt dici ꝙ puniat eū fm ꝙ ius dictauerit: dūmō nō exꝓmat ꝙ puniat eum ad sanguinē vel mortē Sed archi. in. c. ois. iij. dist. dicit hoc verū qñ crimen nō imminet puniendū. Alioq̄n si ex ꝓsilio suo sez rūdendo: siue in speciali: siue i generali sequiꝫ ꝓpinquū homicidiū: irregularis ē fm Ꝓo.

¶ Quid si quis non consuluit homicidium. sed consuluit aliquid. vnde secutum est homicidiū? Rñ. fm Inno. si verisimiliter potuit extimari ꝙ inde sequereꝫ mors: irregularis est. vt si suasit iactum machine: vel baliste: vel ꝙ eaꝫ ad capiendū castrū: quod non poterat defaculi capi: sine morte

hominꝫ. Et sic mors secuta est. Si vo non erat verisimile q̄ mors sequerē: tunc quidē si ꝓsuluit rem licitam. non est irregularis etiā si mors fuerit inde secuta. Si vo illicitam irregularis est. extra d homici. continebat. Et eodez mō distinguit: si is cui consulit. nō occidit: ꝫ occidit.

¶ Quid si quis consuluit homicidiū fieri. Et ante ꝙ sequeret effectus reuocauit. Rñ. fm Inno. si expresse ⁊ sine vlla fictione ꝓhibuit: immunis est ab homicidio. Ita tamē q̄ si non firmiter credit q̄ reuocatio locū habeat: tenetur indicare illi vt sibi caueat. Si autem per solam reuocationem firmiter credit sufficere. non erit irregularis fm Innoc.

¶ Quid si quis mandauit homicidiuꝫ fieri nomine suo. Et ante effectum reuocauit. Rñd. fm Inno. Idem est quod de consulente nunc dictū est: nisi q̄ hic sufficit reuocatio tñ. sez q̄ etiam si non indicet illi qui sibi caueat: non fit irregularis Ratio diuersitatis est q̄: ille cui consulit agit ꝓ se. Et ideo plus requirit ad remouendū effectuꝫ consilij: qui concernit ipsum operantē. Sed mandatarius agit ꝓ mandante. Et ideo sufficit q̄ ei constet de contraria voluntate mandantis: non solum expresse sed etiam tacite: vt si pacem iniret cum occidendo: vel parentelam vel aliam amicitiam contraheret sciente eo cui mandatū erat de occidendo fm eūdem Inno.

¶ Quid si quis mādauit aliquem verberari: inhibens expresse: ne occideretur vel mutilaretur. ⁊ ille nihilominus mutilat vel occidit. Rñ. mādator irregularis efficitur: quia mandando in culpa fuit. Et hoc euenire posse cogitare debuit. extē eo. is qui. li. vj.

¶ An aūt clericus vel alius ratū habens homicidiū sit irregularis. ꝺic q̄ de hoc est casus clarꝰ q̄ sic. in regula ratihabitionē. de re. iu. li. vj. vbi dicitur ratihabitionē retrotrahi: ⁊ mādato non est dubiū ꝓparari. Modo ꝓstat q̄ si quis mandasset homicidiū: eo secuto esset irregularis. ergo idem i ratihabitiōe exquo p dictā regulam ratihabitio mandato compatur. hoc tñ intellige si is qui ratū habuit: eo tempore quo comissum est homicidiū potuisset mandare tale delictū. Nam fm panor. post Jo. an. in. c. j. de conner. infide. ad hoc vt fictio ꝓcedat. requirit q̄ duo extrema sint habilia ad illum actum ꝓpetrandum. sez tempus in quo actus fuit gestus: ⁊ tempus ratihabitiōis. Si eñ alterum istorū deficit. non ꝓcedit ratihabitio: qa fictio non causatur super impossibili. Exempluꝫ Quidam interfecit hominē nomine infantis. demum infans maior factus. habet ratum certe hec ratihabitio non trahitur retro. quia impossibile erat illum infantem tunc temporis mandare delictum. non ergo potest trahi retro cum non debeat plus posse fictio q̄ veritas. Hec Panormi. Et sic ex dictis supra habes q̄ in isto ratū habente sufficit: q̄ tunc temporis possit mandare homicidium. licez forte non posset perpetrare dictū homicidiū. vt quia est infirmus vel truncatus manibus ⁊ huiusmodi.

¶ Sed quid si per nulla signa exteriora potest apparere q̄ ratum habuerit. Immo illum homicidam expulit. sed tamen in veritate rātum habuit in corde. nunquid est irregularꝫ retento casu ꝓximo. ꝺic q̄ sic quo ad deum iuxē notata p glo. in. c. cum qs de sen. excō. li. vj.

¶ Quid si quis suadet alicui q̄ exponat se periculo p patria vel iure suo. Rñ. fm Innocen. non est irregularis: etiam si iste cui consultum est: moriatur. xxiij. q. iij. p membas. ⁊. c. se. ij. q. viij. c. igit. ⁊. c. se. Sed si sciret verisimiliter eum moriturꝫ: irregularis fieret. Idem Mo.

¶ Quid si suadet q̄ indubitanter exponat se morti p Christo: vel ecclesia: Rñ. fm Innoc. non est irregularis: etiam si sequat mors: quia Christus mortem subijt p nobis. Idem Hosti. Et iste casus multum differt ab immediate ꝓcedenti. Haz in isto casu licet oriari directe ad mortem. In alio aūt casu non.

¶ Quid de illo qui volenti fugere inimicos ꝑt timorem mortiꝫ: consulit q̄ remaneret ⁊ ꝓcuraret pacem: ⁊ remansit. ⁊ occisus est. Rñ. fm. vv. Si ille: qui consuluit habuit ꝓbabilem causam credendi q̄ illi non īmineret periculum. puta. q̄ inimici illius adeo erant consanguinei. vel amici q̄ merito potuit ꝓsumere q̄ eos posset cohibere: nō est irregularis. al's sic.

¶ Quid si aliquis consuluit: vt infirmus vertatur: vt citius moreretur: Rñ. fm. vv. Si ex tali transuersione citius moritur: irregularis est qui consuluit. ⁊ qui fecit: nec pōt p ēpm dispensari: ꝫ a peccato absolui possit.

¶ Quid de illo: qui dissuadet homicidium. sed nihilominus assectat homicidam. vt cum si oportet offendat: Rñ. fm Hostien. homicida est: nec poterit ꝓmoueri. ⁊ sic defensione committitur homicidium.

Homicidium tercio.

Sez de casuali: qō fit ꝓter intentionem. ⁊ p clara euidentia huius materie ponent tres regule. Prima regula. Qui dat opaz rei licite ⁊ adhibet diligentiam quam dz: non tenet de casu fortuito inde secuto: nec d aliquo alio. hec regula ꝓbat p. c. latoꝛ. ⁊. c. dilectus filiꝰ. ⁊. c ex lris. el. ij. ⁊. c. significasti. el. l. ⁊. c. Jobes. ⁊. c. fi. exē. e. Secunda regula. Qui dat opam rei licite: si nō adhibet diligentiam quā dz: tenet d casu seqnti. hec regula ꝓbat p. c. pbyterꝫ. ⁊. c. ꝓtinebat. fm vnū intellectum. ⁊. c. ad audientiam. exē. e. Tercia regula. Qui dat opam rei illicite: eā tū cum q̄ adhibeat diligentiam quam pōt: tenet de omni casu fortuito. hec regula ꝓbat p. c. suscepim⁹. c. de cetero. c. tua. ⁊. c. sicut ex lrāꝫ. exē. e. Et ex ꝺictis regulis patebit decisio multaꝫ questionum. Primo quid de clerico qui rixam faciebat cum alio. ⁊ ab amicis seu cōsanguineis eius superuenientibus alius fuit infectus. nunquid talis clericus sit irregularis. Responsio patet ex predictis regulis. vt notabiliter ꝺicit. Panormi. in. c. Petrus. exē. e. Nam si iste clericus non fuit in culpa exercendo rixaz: tūc factū

ficiam non est sibi imputandum. Et hoc per primam regulam. Si autem dict⁹ clericus illicite faciebat rixam. tunc est irregularis per terciaz regulam. Panormitanus tamen dicit q⁹ tale homicidium imputatur clerico vbi amici vel consanguinei eius interfecissent inimicum illius clerici. Secus si superuenissent inimici illius cum quo clericus disceptabat. quia tunc homicidium per illos commissum non imputatur clerico. Ratio diuersitatis. quia primo casu homicidium commissum fuit intuitu clerici. ℔ secundo casu commissum fuit ꝓpter inimiciciam que erat inter illos. Et hoc no. q⁹ factum amicoꝝ sibi imputaꝫ seu ꝓsanguineoꝝ ad irregularitatem. Et ꝓpter hoc caueat sibi clericus a rixa.

Secundo quero quid de magistro qui causa disciplune verberat discipulum: qui ex verberatione illa mortuus est. An talis magister sit irregularis Quidam dicunt q⁹ sic quando ex illo vulnere est mortuus. Ad hoc. d. c. presbyter. Sed ꝙbusdam aliis videt q⁹ si iste adhibuit diligentiam debitaz ⁊ non excessit modum in puniendo non videt irregularis p primam regulam. Naz hoc est indubitatum. q⁹ mgr̃ pater ⁊ hmõi pñt verberare sibi subditos. vt dicit Asteñ. li. j. ti. xxvj. q⁹ verberare aliquem non licet nisi habenti aliquã ptãtem super eum qui verberaꝫ. Et q⁹ filius subditꝫ potestati patris. ⁊ suus potestati domini. ideo licite verberare põt pater filium. ⁊ dñs suum causa correctionis. Eodem modo mgr̃ discipulum. vt quotidie videmus. Si ergo isti dant opam rei licite verberãdo ⁊ adhibent diligentiam quam debent: nõ excedẽdo modum ⁊ non puniendo in capite vel hmõi locis periculosis. vt fuit in casu di. c. presbyter. patet p primam regulam q⁹ talis non est irregularis Non obstat. c. si ꝙs non iratus. xv. q. j. vbi text⁹ loquit̃ de illo qui ꝓpter disciplinam aliquem verberauit. vel alicui palmam dedit. ⁊ casu mortuus est ⁊ q⁹ talis est irregularis. Nam glo. ibi rñdet. q⁹ ille tex debet intelligi: quando ille excesset modum in corrigendo. Secus ergo si non excessisset modũ vt ponimus in casu nostro. licet p incuriam discipuli. vel ignorantiam. vel negligentiam medici mortuus sit. Secus dicendum de illo qui aliũ percutit vulnere non mortifero ⁊ dabat opam rei illicite si inde mors sequit̃ ex impericia medici. vel incuria infirmi ⁊ huiusmodi irregularis enim est p terciam regulam. Non ob. glo. in. c. exhibita. eo. ti. quia loquitur in casu illius capituli. s. de puero iacente lapidez. de quo infra. q. xj. Et ibi Panor. dicit q⁹ talis puer nõ erat in culpa. ⁊ iõ non imputaꝫ ei mors seqns. ꝑsertim cũ impitia medici ⁊ incuria patris ille mortuus sit.

Tercio quero. Pone quidam clericus vicinam pregnantẽ p tectũ. vel p discensum parietis ad se venire fecit causa libidinis ⁊ dũ recederet cadens p descensum parietis abortiuit. an sit irregularis. Dic p terciam regulam. q⁹ dabat opam rei illicite tenetur de omni casu fortuito secuto. vt dicto ca. de cetero. Idem tenet Guil'. de laud. in suo sacramentali.

Quarta questio. Quid de casu qui babeꝫ in dicto. c. tua. vbi quidã monach⁹ q̃ quãdã mulierẽ a tumore gutturis curare volẽs. cum ferro eundez tumorẽ aperuit. eã instruẽdo ne se vento exponeret vllo mõ: sed mulier mãdato eius contempto: exposuit se incaute vento ⁊ mortua est. An dictus monachus sit irregularis? Dic q⁹ sic p terciã regulã: q⁹ dabat operã rei illicite. s. cirugie. Nã clericis prohibẽt dicta ars vbi interuenit incisio vel adustio. vt in. c. sentẽtiã. ne cle. vel mo. Et iõo quãtũcũq⁹ ille monachus de contingentib⁹ nihil omiserit irregularis efficit. Et ideo dicit Panor. in dicto. c. tua. q⁹ quatuor debent cõcurrere: vt mors infirmi non imputeꝫ medico. Primo q⁹ istud officiũ cirugie sibi cõueniat: vt q⁹ sit laicus. non ergo clericus vel religiosus. Et licet dictũ capl'm tua. loquaꝫ in monacho q⁹ fuit in facto: tamẽ etiã intelligit in q̃libet clerico seculari: eadẽ ratiõe. Secũdo requiriꝫ q⁹ sit peritꝰ. vnde nõ sufficit q⁹ appellet se medicũ Tercio requiriꝫ q⁹ exhibeat omnẽ diligentiã ſm artem suã. Quarto q⁹ informet egrũ õ bis q̃ sunt ꝑnia egritudini. Quis ergo seruatis euentꝰ mortis nõ imputaꝫ medico. al's sec⁹. Si g̃ clericꝰ vel religiosus quãtũcũq⁹ pitꝰ ⁊ quãtũcũq⁹ cesset culpa: exerceat artẽ cirugie. et seq̃t mors irregularis ẽ: q⁹ dabat operam rei illicite: etiã si pietatis intuitu illam exerceat. Et panor. in dicto. c. sententiaz. intelligit non solũ de clericis existentib⁹ in sacris: verũetiã in minorib⁹ sufficienter bñficiatis. Caueant ergo clerici vel religiosi ne exerceant artem cirugie: que adustionem vel incisionẽ adducit: quia si inde sequatur mors etiam sine culpa eorum efficientur irregulares

Quinta questio. Quid de monacho qui ludẽdo arripuit mulierẽ pregnantẽ: etiam leuiter per zonam que occasione huius abortiuit. An sit irregularis. Dic per terciã regulã q⁹ sic. Et pz in. d. c. sicut ex lr̃a. Et dicit ibi panor. singulare vbũ q̃ in dicto casu: si fuisset marit⁹ mulieris vl' frater vl' ꝑsona ꝓiũcta. ⁊ ludus fuisset leuis. tunc mors eis non imputareꝫ. Et sic concludit. q⁹ ludus leuis etiã cuz muliere pregnãte: nõ est ꝓhibit⁹ si ꝑsona est honesta ⁊ ꝓiũcta. Et tũc nõ imputareꝫ abort⁹ sequẽs. ⁊ hoc ẽ valde mirabile. q⁹ ex eodem facto vn⁹ fiat irregularis. ali⁹ nõ. Et hoc iõ est q⁹ vnus dabat operã rei illicite. Alt⁹ licite. Idẽ dicendũ eẽt de ducẽte coreas vel huiusmõi cũ pgnãte si sequatur abortus. Nã si talis eẽt clericꝰ vel religiosus. tũc esset irregularis p terciã regulã. Si aũt secularis cõcurrẽtib⁹ circũstantijs q̃ requiriũt ad coreas nõ eẽt irregularis. al's secus.

Sexta quid de eo q̃ incidit arborẽ. nihil de cõtingẽtibus omittẽdo. dicẽdo cane fortiter et tempestiue clamãdo. ⁊ vndiq⁹ circũspiciẽdo. tamẽ sequit̃ homicidiuz. An sit irregularis. Dic q⁹ si iste dabat operã rei licite. vt q⁹ arbor erat sua. non est irregularis p primã regulã. Secus si erat aliena ⁊ tunc est irregularis per terciã regulã q⁹ dabat operam rei illicite.

Septima. Quid de sacerdote qui pulsando

campanas ꝑ offic̃io diuino: tintinabulū cadens ꝓcussit quēdam puerū: ⁊ mortuus est. an talis sit irregularis? ℟ic q̄ si iste sacerdos fecit hoc ex officio sacriste vel eius pmissiōe: vel ꝓsuetudine q̄ q̄libet sacerdos vel clericus possit pulsare cāpanas horis debitis: si adhibuit diligentiā debitā: nō sibi imputat homicidiū sequēs. ℣ecus si iste nō fecit ex officio sacriste: nec eius mandato: nec cōsuetudine. ℣ide hoc habes in dicto.c. ℣obes. ¶ Caueāt ḡ clerici vel religiosi pulsantes cāpanas ad matutinas vel alia officia: nō habētes ex officio vel cōsuetudine: q̄ si inde seq̄rē homicidiū essent irregulares quātūcūq; nihil de ꝓtingētib⁹ omisissent q̄ darēt operā rei illicite.

¶ Octana. Quid de p̄sbytero q̄ causa discipline ꝓcussit clericū in capite ⁊ mortuus est? ℣ide hoc tū aliquatenus dictū est s̄. Tamē dic ꝑ secūdam regulam. q̄ iste est irregularis: quia licz daret operā rei licite: tamē nō adhibuit diligentiā debitam: q̄ non licet ꝓcutere in capite de hoc est tex. in dicto c. p̄sbyterum.

¶ Quid autē si post q̄ꝫ ꝓualuit recidiuauit? ℟ñ. glo. ibi. q̄ nihilominus magister tenetur: nā semper causa suffuit.

¶ Mona. Quid de diacono qui ludēdo cū alijs clericis: nō amouit falcē qua accit⁹ erat: ⁊ quidam in eū eq̄raturus insilijt: ⁊ a falce illi⁹ diaconi mortale vulnus accepit ⁊ post modū expirauit. An talis diaconus sit irregularis. ℟ic q̄ sic: ꝑ secūdam regulā: q̄ licz daret operā rei licite: tamē nō adhibuit diligentiā debitaz: q̄ debebat amouere falcē ex quo sciebat ꝓsuetudine ludi. et de hoc est casus in dicto.c. cōtinebat. Et ibi ℘anor. infert q̄ clericis pmissus ē ludus. allenandi gratia. Et glo. ibi dicit ludum: al's clericis licitum inter se: effici illicitum ꝓpter inuxtionē laici.

¶ Decima. Quid de clerico qui ludendo cū alio clerico: quē ille alius cleric⁹ ad terram ꝓiciens a cultello quē ad latus habebat: grauiter vulnerat⁹ occubuit. An iste clericus sit irregularis. Tex. in dicto.c. lator. dicit q̄ non. Sed cum iste casus videatur idem cū casu imediate p̄cedenti. Et tamē ille est irregularis. iste nō. vnde hoc. ℟ic q̄ habem⁹ necessario p̄supponere ꝑ cōstanti: q̄ iste secūdus clericus q̄ habebat cultellū dabat operaz rei licite: ac etiā debem⁹ p̄supponere q̄ non fuerit in aliqua culpa. al's imputaret sibi homicidiū ꝑ predictas regulas. Sed dices tu: quō nō erat iste clericus in culpa ludens: habendo cultellū ad latus Casus enī sequēs poterat leuiter p̄uideri nō solū a diligētissimo: sed etiā a quolibet diligēti. Sicut imputat clerico habēti falcē. ℣z glo. in. d. c. ad audientiā. singularissime concordat hos tex. quam approbat panor. Dicit enī q̄ iste secūdus clericus in nulla fuit culpa: ⁊ q̄ ipe nihil fecit: sed passus ē tm̄: ⁊ sibi factū fuit. nec iste clericus fecit alteri insultum: sed alius cleric⁹ in p̄dictum clericū irruit. ideo casus contingens nō imputat sibi. Et hoc ꝑ primā regulam.

¶ Undecima. Quid si q̄s lapidē ꝓiciat: ludēdo post aliquē: ⁊ ille volēs declinare lapidē illū impigit in lapidem alium. vel al's cadit ⁊ moritur. Innocen. in. c. exhibita. extra eo. dicit. q̄ si iactus lapidis fuit causa lesionis: tunc ꝓiciens tenet. Idez Ab. ⁊ Oldr. Et si vident sentire. q̄ si iste ceciderit in alium lapidem fugiendo p̄cussionem lapidis ꝓiecti: imputaretur ꝓicienti. Et ℘anorm. ibi dicit. q̄ potest adaptari tex. ad hunc intellectum in eo q̄ dicit q̄ ille fugiebat. ⁊ iste insequendo lapidem ꝓiecit. sed idem ℘anorm. dicit q̄ ibi non ponderat iactus lapidis: si non incidisset in alium vt fugeret istum. Item sicut insecutio non imputatur: que fuit causa lesionis. ita non debet iactus lapidis imputari. Et ideo intelligendus est: q̄ iste corruit in alium lapidem: vt fugeret etiam percussionem. dummodo percussio non fuisset grauis. vel forte remote ꝓiecit lapidem. ⁊ ille pauefactus corruit in alium lapidem. Secus autem si lapis ꝓiectus fuisset magnus ⁊ inflixisset percussionez magnam. si ille non cepisset fugaz: quia tunc posset dictum Innocen. ꝓcedere. Nam talis ludus esset noxius etiam inter pueros. Et ℘anormita. dicit q̄ iste ludus lapidum paruoꝝ est licitus pueris. Et hoc beneficio etatis. ꝫ inter maiores non esset licitus. Et sic ℘anor. cōcludit. q̄ casus inde contingens in isto puero: ei non imputatur. eꝛ̄ non fuit in culpa. licet veniam ad cautelaz posset habuerit.

¶ Duodecima. quid de clerico qui iaciendo lapidem ad expellendū porces de agro: interfecit puerum. An sit irregularis? ℟ic q̄ non. vt in. c. clerico. l. distin. Et hoc ideo fm glo. quia dabat operam rei licite. Ue etiam debemus p̄supponere q̄ adhibuit diligentiam debitam circumspiciendo. Al's fuisset irregularis per secundam regulam.

¶ An autem huiusmodi teneantur clamare. ℘anormita. in. c. ex literis. cl. ij. eo. titu. dicit. quando quis ꝓicit aliquit ad locum insolitum. ⁊ p̄ quem non consueuit quis transire: non tenetur clamare. vt in. l. si putatur. ff. ad. l. aquil. Al's secus. ℣ide ipsum ℘anormita. de hoc in. c. fi. eo. tit. vbi dicit q̄ clamantes submissa voce. vel post casum contingentem non excusantur. Et in hoc peccāt plurimum rustici ducentes mullas. Nam post percussionem dicunt. Aue. Nam debent premonere ita tempestiue ⁊ fortiter clamare vt illi quibus imineat periculum possint p̄euidere ⁊ fugere.

¶ Terciadecima. q̄d de eo qui videt exercitū venientem ad obsidendum castꝝ. intrusit se intra castrum: ⁊ cum impugnaretur ab aduersarijs. et quasi necessitate ineuitabili compulsus: non valens fugere: aliquem interfecit. An sit irregularis. Glo. in. c. de his. l. distinc. dicit q̄ est irregularis. quia ista necessitas fuit euitabilis. q̄ poterat exiuisse castrum ante aduentum inimicoꝝ. Et ideo quia poterat p̄cauere: ne in talem necessitatem incideret: ei imputatur. Et hoc limitat Rod. vt recitat Asten. li. vj. ti. xiij. quando ꝓpria voluntate se ingessit in illud castrum. Secus si domicilium, vel res suas ibi habuisset: quas seruare vo-

lebat. quia tunc si necessitate inevitabili occidat non est irregularis. Et hoc p primā regulam.

¶ Quartadecima. quid de puero qui vesicaz portans inflatam z fortiter frangens: ex terremotu prægnans pauefacta abortit. An sit irregularis? Dici potest q non. Et idem videt dicendum de hoc sicut de casu supra posito. q. xj. Nec quelibet causa debet attendi ad hoc vt quis sit irregularis. vt notat glo. in di. c. decetero. Et ibi Panor. dicit q appellatōe causę intelligi? de ꝓpinq̄ nō remota. Et cū ꝓpinq̄ imputat: z nō remota. Pone exemplū in remota. Feci fenestram in domo. Aliquis spōte se precipitauit de ea. ego sum causa remota: nec sum in aliqua culpa. Sed causa propinqua fuit facilitas illius se precipitantis. Similiter faber non ideo quia facit cultellum est homicida. Si tamen animo nocendi facit. z minorem diligentiam adhibet tūc ꝑsideraī cā remota: fm glo. ibi.

¶ Sed quis dispensabit circa huiusmodi homicidas? Rñ. Panormita. in. c. ad audientiam. e. t. dicit q cum homicida voluntario nunq̄ dispensaī in aliquo ordine. Papa tamen posset dispensare. licet glo. in. c. sicut dignum. extra eoō. videatur tenere contrarium. Et ꝓ ea facit. quia irregularitas tanta ex homicidio voluntario videt de iure diuino: iuxta illud. Non edificabis mihi templū Deo. Sed papa non dispensat contra legem diuinam. xxv. q. j. sunt quidam. Sed Host. in dicto. c. sicut dignum. z ꝓmuniter docto. vt recitat Panor. ibi tenent oppositū: dicētes q iura dicētia: q cuz homicida non dispensaī debent referri ad difficultatem. quia de difficili dispensaī: tamen papa dispē sare potest si vult. quia videtur sibi ꝓmissum a lege diuina. vt notaī in. c. ꝓposuit. de concess. p. Item in veteri testamento reperitur dispensatum cum phinees nepote Aaron. qui ꝓmiserat duplex homicidiū. z postea fuit permissum ministrare diuina. Item Paulus aplus fuit homicida. z tamen postea ministrauit z assumptus fuit ad apostolatum. vnde presumendum est deū voluisse: vt etiam vicarius suus: possit ex causa dispensare. Hec Panor. in dicto. c. sicut dignum. Et ex dictis Panor. videtur elici. q etiaz dato q irregularitas sit de iure diuino: tamen papa potest dispensare ex causa. z sic habes q papa potest dispensare ex causa contra ius diuinum. Idem tenet Panormita. in. c. q venerabilem. qui fi. sint le. vbi ex dictis Jo. and. elicit singularem theoricaz q nullibi expresse ꝓhibetur. q papa ex causa non possit dispensare in gradibus diuina lege prohibitis. Quo tamen ad irregularitatem. an sit de iure diuino vel positiuo. Panormitanus in multis locis tenet q est de iure positiuo. quia est pena. Et hoc idem videtur sentire communiter docto. Cum homicida autem casuali in sacris ordinibus: solus papa dispensat vt notat Hostien. in dicto. c. ad audientiam. Idem Panormi. ibi per. c. continebatur. e. ti. In minoribus autem potest episcopus suo iure dispensare. Et pro hoc facit tex. in dicto. c. ad audientiam. ibi poteris concedere vt minoribus z̄.

Et hoc intellige in homicidio casuali vbi intervenit aliqua culpa seu negligentia. Nam si nulla culpa fuisset de iure cōmuni iste promoueretur: quia nullam irregularitatem incurreret fm primum intellectum glo. in. c. lator. eo. ti. quem approbat Panor. ibi. Et pro hoc facit littera ibi. libere permittas. Haz non libere ꝓmoueretur si egeret dispensatione.

¶ Quid si quis flebotomat aliquem causa medicine. Et inde sequatur mors. An sit irregularis? Rñ. fm vv. si incisor erat peritus artis. et adhibuit diligentiam debitam: non tenetur in aliquo. Similiter si incidendus non habet cōsuetam dispositionem membrorū vel neruorum vel venaz z ꝓpter incisionem moritur: non tenetur in aliquo incisor fm Inno. si in hoc non errauit ꝓpter suam inexperiētiam: non est irregularis. Potius enim casu q̄ culpa in huiusmodi presumit mors accidere. xxiij. q. v. de occidendis. Secus vbi propter imperitiā accidisset: vel ꝓpter negligentiaz Et ideo phisici et cirugici: si erant periti in arte: et nihil de ꝓtingentibus omiserunt: z habent super hoc probabilem conscientiaz: non prohibentur a ꝓmotione: q̄uis mortui sint infirmi. Secus autē quando sunt imperiti vel negligentes circa infirmos. Et ex hoc probabiliter credunt: vel dubitāt infirmos mortuos vel membris deperditos: q̄a sunt irregulares. extra de eta. et q̄. ad aures.

¶ Item custodientes infirmum: vel seruitores eius qui vocauerunt minutorem: vel porrexerūt ei vinum vel aquam: vel non bene custodierunt vnde ex freneti se interfecit z huiusmodi fm. vv. in omnibus his vbi bona fide fiat: non debet de facili quis habere conscientiam scrupulosam: nisi sit lata culpa: et negligentia dissoluta. puta si custos infirmi: vel frenetici: vel furiosi dimisit eum vt iret in plateam ad ludendum: vel alīs dat operam rei illicite: aut ex nimia crapula: vel ebrietate vigilare non potuit: maxime cum esset deputatus ad custodiam infirmi. Nam si certum est q inde ex hac culpa: mors secuta est. talis erit irregularis: alīs non. Et si habet quis conscientiam scrupulosam: deponat ad consilium boni viri. Hec Archi. florē.

¶ Quid de parentibus in quorum lectis parui filij inueniūtur mortui? Rñ. fm Ray. si mors interuenit graui eorum culpa precedente: aut negligentia: grauis est eis penitentia iniūgenda. extra de peni. z re. quesitum. Et panor. ibi infer. singularem theoricam ex illo tex. q leuissima culpa in homicidio. non inducit irregularitatem. Quod tene menti. Et procedit ille tex. quādo sine tactu. z alia occasione homicidium secutum est. hec panor. Et sic ex dictis panor. iuncto tex. ibi si ex incuria ipsorum mortui inueniuntur in cunis z̄. iste casus nō debet extendi vltra terminos proprios. dicto. c. Secus si quis esset in leuissima culpa aliq̄d agēdo. nā tūc ex leuissima culpa fieret irregularis: vel dando occasionē ad hoc. Si vo leuis culpa parentū precessit in mortē puerorum: nō tam

grauis penitentia est imponēda. extra ꝺ his q̄ fi. oc. de infantib⁹.

¶ An autē istis penitētia publica vel occulta da ri debeat. Vide s. Cōfessor. j. in pn.

¶ Quid si quis habeat ceruum: vel leonem qui aliquem occidit. Rñ. fm Innoc. non videtur ir regularis: dūmodo maliciam vel culpam in mor te non habuerit. ar. l. diſt. bij qui arborē. ⁊ c. sepe.

Homicidium.iiij.

¶ De pena et irregularitate homicidarū. Rñ. fm Ray. Si homicidium cōmittitur verbo. scz pre cepto. consilio. vel defensione: pena est irregulari tatis que etiam post peractam penitentiā impe dit ꝓmouendum: ⁊ deijcit ꝓmotum. l. diſt. si q̄s viduam. ¶ Et intellige defensionem: quādo homi cidam defendit: vel etiam dissuadendo eis q̄ vo lebant defendere occisum. Si tamen corrupta in tentione hoc fecit. De pena vero homicidij facto cōmissi. Distingue. Nam quatuor modis potest cōmitti. Primo quidem si est cōmissum ꝓ iusti cia ⁊ recto ꝓcessu ⁊ intentione. ¶ Et tunc non cō mittitur culpa: sed potius faciēs meretur: nihilo minus irregularitas contrahitur que similiē im pedit ꝓmouēdum et deijcit ꝓmotum. lj. diſt. aliquātos. nisi hoc fuisset factum ante baptismū de quo vide supra Bigamia. Quicūq; ergo in tali casu fuerit iudex aut aduocat⁹: siue ꝓ actore: siue ꝓ reo. scz cum actor obligetur ad talionez: quia agendo ꝓ reo agitur contra actorem fm quos dam. vnde si sequitur effectus est irregularis. et indispensabilis: nisi per papam. Item assessor. te stis. notari⁹ scribens sententiā. vel ꝓferens sen tentiam. vel scribens attestationes. vel legens dū publicantur. vel scribens: vel dictans litteras ꝓ vindicta sanguinis. omnes hij irregulares sunt: quia cooperanē in mandato sententie fm docto. in. c. sententiam. ne cleri. vel mona. ¶ Et hoc si secu tus est effectus. scz mors vel detruncatio mēbro rum. Aliter tales nullam irregularitatē incurrūt etiam episcopalem: ꝓut voluit. vv. ¶ Et hoc ex ꝓsse voluit Panor. in dicto. c. sententiā. ⁊ in ca. clericis. ne cleri. vel mona. vbi facit vnam pulcrā theoricam. q̄ per solam mortem seu membrorum detruncationem quis incurrit irregularitatem. Secus ergo si sequatur alia vindicta sanguinis. ¶ Et in. c. si aliquis. de homi. dicit. q̄ nunq̄ contra hitur irregularitas nisi actu homo interficiatur: vel mutilet. ¶ Ex sola enim voluntate non est quis irregularis. Quod etiaz tenet Host. ¶ Ex quo sequi tur. q̄ si quis voluit interficere hominē vel vene nare. ⁊ etiā ꝓ inauerit venenum ⁊ fecit quod po tuit ad mortem: si mors non est secuta: non est ir regularis. licz glo. in hoc vltimo in. c. periculose. de pe. diſt. j. dicat. q̄ talis est irregularis. Sz Pa nor. ad dictam glo. respondet q̄ loquitur in irre gularitate que contrahit ex peccato: non autem in irregularitate indispensabili. Ad vv. dic q̄ dictum suum nullo iure cauetur. Item omnes de familia rectoris qui vadunt ad associandū male factorem: cum ducit ad mortem. siue equestres. siu e pedestres. cum vadunt ꝓ defensione si oporet ret: vtiq; sunt irregulares. Qui etiam trahit ad cordam vel torturam reum ad fatendum male ficium. ¶ Et ex hoc fatet ⁊ occiditur: irregularis est. Qui etiam acuit vel portat magnariam: cum qua quis est decapitādus. vel portat scalas. vel funes. ꝓ aliquo suspendendo: similiter est irregularis. q̄ quilibet hoz dat cām ꝓinquam morti alterius. di. c. si quis viduam. Secus de eo qui fecit scalas vel funes vel gladium: nō ad mortem inferendaz ꝫ ad oēs vsus. ¶ Et casu postea aliquis vtit ipsis ad occisionem. xxiij. q. v. de occidendis. Item si quis aliquid facit vel dicit: vnde acceleretur alicui mors: licet omnino esset moriturus: efficitur irre gularis. si hoc est certum. puta. voluit infirmum vt citi⁹ moriat. vel dic de capitādo. vt ponat ca put in cippo ex hoc citi⁹ ponit. vl dicit satellitj vt aptet magnariā: ne recipiat plures ict⁹. ⁊ fit vl q̄ cito expediat ⁊ hmōi ar. d. c. si quis viduam. secū do principaliter si homicidium factum sit necessi tate. ¶ Et tunc dupliciter. quia aut necessitas est in euitabilis. aut euitabilis. Si quis occidit vel mu tilat ex necessitate ineuitabili. id est ita artatus. vl angustatus. q̄ nec fugere. nec clamare. nec aliter poterat se iuuare: nisi occidat vel mutilet non est talis irregularis. extra eo. si furiosus in cleri. Sed si hoc faceret ad defensionem parentum. vel loco rum. vel aliorum non euaderet irregularitatem. ⁊ hoc videtur expressum per tex. in dicta clemen. vbi dicitur. Si furiosus. aut infans. seu dormiēs. hominem mutilet vel occidat: nullam in hoc irre gularitatem incurrit. ¶ Et idem in illo censemus q̄ mortem aliter vitare nō valens. suum occidit vl mutilat inuasorem. hec ibi. Nota ibi mortem ꝓ ꝓ am: non ergo alienam.

¶ Quid autem si poterat euitare mortem: sed nō mutilationem alicuius membri. An sit irregula ris: occidendo vel mutilando inuasorem. Lap. te net scz sit irregularis. sed cardinalis in. d. cleri. te net verius q̄ non. quia ibi equiparantur mutila tio ⁊ occisio: quo ad contrahendam irregularita tem. ¶ Et sic idem debet esse quo ad eam euitandaz Item si fugere posset: sed fugienti poterat imine re periculū. puta casure. vel velocioris cursus imi mici sequentis: qui audacior factus ꝓpter fugam: potest de facili fugientem a tergo vulnerare ⁊ occi dere. ¶ Et sic tali periculo: non tenetur fugiēs se ex ponere. Nam qualitas temporis ⁊ loci non pati tur plenius deliberandi consilium. ff. de exerci. l. j. ⁊ qō dictū est de infante q̄ nō est irregular. pe. de an. dicit q̄ idem est de maiori septennio: si nō est doli capax.

¶ Quid autem si quis mortem vel mutilationez ꝓpriam euitare non valens occidit vel mutilat. ꝫ dabat operam rei illicite. puta inuentus est de no cte: cum quadam muliere vel huiusmodi. ⁊ affi nes illius mulieris reppererūt eum in domo. qui eum armis aggressi sunt. ⁊ ille se defendendo oc cidit vnum ex illis. An sit irregularis. Dubium facit: quia ille dabat operam rei illicite. ⁊ sic per re-

gulas positas in precedenti capitulo: debet imputari sibi casus sequens. ¶ Et huius opinionis est Astēn. li.j.ti.xxv. vbi dicit q̄ cōtingere potest. q̄ illud qō est actu: et per se volitum: vel intentum: potest esse per accidens volitum et intentum fm q̄ causa per accidens dicitur remouens prohibens. vnde quando quis non remouet ea: ex quibus sequitur homicidiū: dicitur quodammodo homicidium voluntarium. ¶ Hoc autem contingit dupliciter. vno modo quando dat operam rei illicite Alio modo quando non adhibet debitam curaz. Et his casibus: si sequatur inde homicidium: nō euadet homicidij reatum. l. distinc. sepe. Quibusdam tamen peritis videtur q̄ talis non sit irregularis: ex quo dicta cle. non distinguit: sed loquitur generaliter ergo nec nos distinguere debem⁹ ad audientiam. de deci. Item: quia illa causa videtur valde remota: nec ordinata ad talem casum.

¶ Quid de dormiente: qui dormiendo percussit: vel interfecit alium. An teneatur. Panormitan⁹ in dicta cle. tangit hanc questionem. sed eam non soluit. Sed Bar. in. l. pena. ff. de parici. fm Buil. respondet. q̄ aut iste talis sciebat hoc euenire sibi. et tunc debet sibi prouidere: vt iaceat solus. vel nemo sit in camera sua. et si non fecit: est in culpa: et propter culpam tenetur: sicut putator: a bonis qui non admonuit transeuntes. vt. l. si putator. ff. ad l. aqui. Si vo hoc nesciebat sibi euenire: tūc ei paritur. Naz dormiens equiparatur furioso. vt. l. j. §. primo. ff. de acqui. poss. Sed furiosus nō tenet ergo ꝛc. hec Bar.

¶ Sed quid si ideo in nocte habuit tale somniuz. quia cogitauit tale quid in die? Respondent quidam a simili. q̄ aut fuit lacessitus sine sui culpa: et tunc nō tenetur: cum sit viciū nature. Als secus. d. l. pena.

¶ Quid aut̄ de ebrio: si occidat vel mutilet. Dic fm Mat. zen. et Car. in dicta cle. q̄ est irregularis: quia si voluisset papa expressisset. Sequitur de secundo membro supra dicte distinctōnis. scz quando necessitas fuit euitabilis. Puta. quia aliter euadere poterat. puta claudendo ostia domus. vel inturri se includendo: vel recedere de loco vbi expectabat inimicos venturos: tunc efficitur irregularis nec ad maiores ordines ascendet. immo nec in susceptis: nisi ex magna dispensatione permittat ministrare. ¶ Et q̄uis Zen. dicat: q̄ si fugiendo: fuga erat sibi periculosa: vel vituperosa: et ad decus: et si non ad periculum persone. et propter hō non fugit. et occidit talis euadit irregularitatem. De. de an. non credit hoc verum. Idem Car. licz dicat q̄ opi. zen. sit equior. Tercio principaliter si sit homicidium casuale. Distingue: vt dictū est ō. ca. immediate pcedenti.

¶ Quarto si homicidium sit voluntate spontanea factum siue in opere: siue etiam in verbo: etiaz sine peccato inducit irregularitatem. et talis non solum nō debet promoueri: ꝫ si promotus est: imperpetuum deponi dicto. c. siquis viduam. etiam si interficiat saracenum vel paganum. l. distincti. clericum. ¶ Et cum tali nunc̄ dispensatur in ordine: vel officio. l. distinc. miror. ¶ Et etiam si sit occultum: ministrare in ordine suo nō pōt. extra. de tē. or. c. fi.

¶ Poterit tamē cū tali dispensari in beneficio. de cle. pu. in du. c. ij.

¶ Similiter non euitant irregularitatem qui iuꝛ ignari. zelo fidei et propter indulgentiam habendam: que datur ferentibus ligna ad combustionem hereticorum: attulerunt ligna ad cremandū hereticos si illa materia cooperata ē ad combustionem hereticorum fm v̄v. Ꝫz si illa materia: non est cooperata. puta. quia iam mortui erant: quando ligna attulerūt: vel antec̄ accenderet ignis in illa materia: non sunt irregulares. Si autē de hoc dubitatur melius est tenere certum: et se reputare vt irregularem: extra de temporib ordi. ad aures.

¶ Princeps qui legem condit: cuius legis auctōritate homines sunt traditi morti: non efficit propter hoc irregularis. quia in certam personaz nō animaduertit. vt notat Archi. xxiij. questione. v. officia.

¶ Episcopus vel alius prelatus: qui habet iurisditionem temporalem debet constituere iudicem secularem: qui audiat causas precipue sanguinis Et illi potest precipere q̄ faciat vnicuiq̄ iusticiam. Si autem talis iudex interroget eum in speciali. Quid agendum in tali: qui scilicet meretur penam sanguinis: potest respondere. consule peritos. Et caueat ne propter suam responsionem directam vel indirectam ille intelligat: q̄ debeat euꝫ sanguine punire fm Ray. Nam si ex tali responsione reus occideretur: vel mutilaretur: esset irregularis. Potest etiam prelatus talis delegare alicui etiam specialiter super aliquo maleficio: vt homicidio et huiusmodi in sua iurisditione commisso: vt inquisita veritate: iusticiam exequatur. Et si cui committitur: sic exequatur et occidat: nō propterea ille prelatus est irregularis. extra ne cle. vel mo. cps. li. vj.

¶ Licitum est prelatis ecclesiasticis ob defensionem rerum ecclesie: vel fidei inuocare contra violentos brachium seculare: et hortari tales: nō quidem vt occidant. vulnerent vel mutilent. hoc. n. esset directe ad homicidium prouocare. Ꝫz vt ecclesiam vel patriam liberent et terram ab infidelibus occupatam reducāt ad christum. Et sup hoc ecclesia facit remissiones magnas. Et licet hinc inde aliqui occidantur: non est prelato hoc imputandum. immo peccaret nisi contra tales se opponeret. xxiij. qōne. v. de occidendis. ij. q. viij. c. igitur. et. c. scire. et. c. omni. et. c. hortatu. et. c. vt pridem. Etiam ad clericos pertinet disponere et inducere alium ad bellandum legitima bella. Et licet nō debeant exercere bella manu propria: possunt tamen interesse: et iuste pugnantibus spiritualiter subuenire suis exhortationibus ꝛ absolutōnibus ꝛ alijs spūalib subuentōnib.

¶ Utrum prelati et alij qui intersunt vindicte

sanguinis sint irregulares? Respon. panormita. in.c.sententiam.ne cleri.vel mo. de mente Inno. dicit q̃ interessentia nõ facit quem irregularem: nisi interesset auctoritatem prestando. Idem si p̃staret auxilium.consilium.vel fauorem:aut operã vt patet ex notatis in.c.sicut dignum. extra eodẽ. Dicit etiam Hosti.q̃ si ad clericum spectat iurisditio:nullo modo debet interesse vindicte sanguinis:ne videatur prestare auctoritatem: vt in.c.ex literis.de ex.pre. Hoc tamen Panormita.restringit in clericis interessentibus ex sola libidine: seu voluntate. Non enim debent prestare presentiaz istis eis prohibitis: sicut nec alijs spectaculis: vel conuiuijs coniugiorum: vt in.c.presbyteri.xxxiiij. dis.et in.c.non oportet.de conse.di. v. Secus aũt puto in interessentibus ex iusta causa. puta.quia sociant iusticiãdũ ad p̃fortandũ:ne incidat in desperatõnem:z vt p̃fortent eum ad patientiã: sicut obseruaꝛ in multis locis.

¶ Sed nunquid iudex si non liberat hominem a morte iniusta:cum potest. et prelatus si nõ pascat fame morientem cũ potest erit irregularis:si mors inde sequatur? Respondit v̈v̈. q̃ non. licet grauissime peccent.quia lex promotionis factum requirit.xv.qõne.j.si quis non iratus. Sed quibusdam alijs videtur q̃ predicti non euitent irregularitatem.quia in dictis casibus:non solũ est omissio:sed etiam commissio. Et ad hoc facit: quod notat Astẽ.li.vj.tit.xiiij. vbi dicit: q̃ ille qui hominem a morte liberare potuit:sed noluit: nõ est immunis a culpa homicidij.allegat.c. sicut dignum. ℣.illi autem.extra eo.ar.di.lxxxvj.facietis.z.xxiij. qõne.iij.nõ inferenda.et.c.qui potest. Et hoc q̃ndo constat illum iniuste occidi. de peni.dis.j. periculose. Et licz aliqui ligant hoc de iudice: qui debet ex officio defendere:quia ille solus ad hoc tenetur ex precepto.xxiij.qõne.v. Qui malos. et.q. iiij.forte. Consilium tamen sanum est ꝑm Goff. z Hostien.q̃ quilibet etiam priuatus hoc faciat:si sine periculo suo hoc possit facere propter premissa iura.

¶ Quid si clericus tradat latronem iudici seculari:petens etiam cum protestatõne q̃ eum puniat citra sanguinis effusionem:et postea iudex procedat vsq̃ ad sanguinis effusionem. An sit irregularis? Respondit Astẽ.lib.vj.ti.xiiij. q̃ non fit ex hoc irregularis. Aliter daretur pluribus materia clericos expoliandi et trucidandi: si propter metũ illum non auderent conquerꝛ:nec etiã nocet si clericus ad conuincendum latronem dederit signa. de hoc est tex.in.c.prelatis. extra eo.lib.vj. Predicta tamen quidam limitant:quãdo alio modo talis clericus res suas non potest recuperare. Et q̃ndo mortem non intendebat: z premissa protestatione. Et si sua intentio erat maculata fieret irregularis:si mors vel mutilatio membꝛi inde sequatur.

¶ Quid si post occisionem letetur z ratũ habeat? Rñ. Hosti.vt recitat Astẽ. vbi ℣.q̃ ratihabitio retrotrahit̃: z mandato equipatur: q̃ in malificijs generaliter attendit̃. Et hoc intelligit Astẽ. vez esse si gaudeat de morte p̃sone. Secus si de malefitij punitõne letetur:et deo regratietur z p̃sone cõpatiatur.

¶ Vtrum nõ reuelans tractatũ homicidij: sit homicida si sequat̃. Rñ. Panor.in.c. petrus.e.t.refert aliquos dicere q̃ nõ:sed sufficit q̃ p̃hibuerit. Jo.an.distinguit.q̃ aut dolose nõ reuelat:et tunc imputat̃ ei homicidiũ. Aut nõ dolose nõ reuelat. Et tũc non erit homicida. Panor.tũ p̃sulit: vt reuelet. Nam ꝓpter opiniones diuersas in hac materia:saltẽ in foro anime: imputaretur culpabilis.

¶ Quid si clericus scribat q̃ aliquis capiat̃. et ex illa captione sequit̃ mors:vel truncatio membrorum. Ipso tũ ignorante z factũ z causam. An sit irregularis. Rñ. Hosti.dicit q̃ sic:q: debuit suspicari hoc posse euenire.

¶ An aũt ex qualibet mutilatiõe inducaꝛ irregularitas. Rñ. Card.in cle.si furiosus.extra eo.post Lanõ.dicit q̃ non. Ꝫ solum cũ mutilat̃ aliquod de p̃cipalibꝰ membris. Et ꝑm Panor.in.c.j.q̃ cle.vel vo.ex sola effusione sanguinis nõ causatur irregularitas.

¶ An aũt digitus sit membrum. Rñ. Bar.in.l. ij.ff.de pu.iudi.ꝓcludit membꝝ appellari:qõ habet officiũ separatũ et distinctũ ab alijs.vt oculus lv.di.si euangelica.vel manus:aut pes: vt in aut. ℔ nouo iure. C.de ser.fu. Digitus aũt nõ est membrum.℔ ps membꝛi. Ad hoc tex.bonus.lxxxix.di. singula.vbi appellat̃ membꝛũ:qõ hz officiũ distinctum. Et sic incidens alicui digitũ:nõ est irregularis. Secus si totã manũ:vel pedẽ:vel oculum.

¶ Quid aũt si quis debilitauerit membꝛum:ita vt quasi sit inutile:nõ tñ detruncauit. nunq̃d efficet? sit irregularis. ℣ubiũ facit:quia paria videnꝫ nõ esse:z inutile esse. Rñ. Panor.in.c. cum illorũ.de sen.excom.dicit q̃ differentia est inter truncatõez membꝛi z mutilationez. Et vt diuersa ponunt in d.cle.si furiosus. Et truncatio dicit̃:totalis membꝛi abscissio:seu diminutio. Mutilatio vo:quando in totũ membꝝ non abscidit̃: sed ex ꝑcussione impedit̃ eius officiũ vtputa. in tibia ꝑcussus: nõ valet mouere pedem:z quodlibet istoꝝ inducit̃ irregularitatem ꝑm eũ. Sed idem Panor. in.c.clericis.ne cle.vel mo.z in.d.c.j.tenet expresse contrarium:dicens.q̃ membꝝ debilitatuz valet saltem ad decorem.z in penis fienda est mutioꝛ interpretatio. Idez sentit Cal.ꝑm eũ. Sed Guil. de lanõ. in suo sacramentali dicit q̃ nõ soluz occidens: vel mutilans membꝛũ est irregularis: sed etiam reddens membꝝ inutile:dũmodo sit de p̃cipalibꝰ membꝛis. Et de illis qui redderent hominem deturpatum. Et idõ et inutilem ꝓ diuinis officijs exercendis. Et idõ si quis faciem alterius deturpet:vel verberet: licz al's vere non sit mutilatus:si tamen ex huiusmodi deturpatione efficiatur inhabilis ad premissa q̃. ꝓpter scandalum:ipsum credit esse irregularez. Et idẽ si sibi faceret maculam:vel aliud impedimentum in oculo:etiam sine eruitione. Secus si membrum omnino occultum sibi auferet. puta, digi-

tum vnius pedis: vel testiculum: sine alia magna debilitate: vel deformitate. ¶Hec omnia ꝓbantur lv. distinctōne. per totuz. hec Guil. ¶Et hec opinio videt valde ratōnabilis.

¶Qui percutit mulierem prægnantem: vel dat ei aliquid vt faciat abortsum. Si ex huiusmodi percussione: vel rei datione illa abortitur: si iam erat formatus fetus: est irregularis. Secus si nōduz erat formatū puerperiū.

¶Quid si dubitetur. Vtrum ex percussione: vel rei sumptione secutus fuit abortsus: vel ex alia causa: vel vtrum esset puerperium formatum vel nō. Si probabiliter dubitat: debet a promotōne z ministerio abstinere: ne periculo se cōmittat. Si autem habeat temerariam opinionem: eam deponat.

¶ Et que sit lata culpa vide Bar. in. l. quod nerua. ff. depo. vbi ponit quĩq; species culpe. Prima est latissima: que est dolus verus et manifest?. Secunda vocatur latior: que est dolus presumptus. Item lata. leuis et leuissima. Et q̃ sit dare culpam latissimam et latiorem Bar. reducit in practicam. Quidam scholaris accepit famulum. et pro eo accepit expromissorem qui promisit reficere scholari omne damnum qđ enim continget culpa famuli. Demum famulus fecit furtũ: queritur vtrum expromissor teneatur?: Et videt q̃ non fm communem modum loquendi glosaꝝ. Nam aliud ẽ culpa: aliud dolus. de quo dolo non fuit hic promissum. In ꝯrarium est veritas. scilicet q̃ expromissor tenebit. quia dolus est culpa latissima: vt etiaꝝ patet ex diffinitõne culpe latissime. quam Bart. diffiniendo dicit. q̃ cum ista latissima culpa non sit aliud: q̃ dolus manifestus diffinitõnem ei? habemus sicut de dolo. Dolus autẽ est machinatio ad decipiendũ: fallendumq; alterũ: adhibita manifeste. Et addit manifesti: ad differentiaz doli psumpti: qui est culpa latior. Culpa aũt latior ẽ machinatio: ad decipiendũ fallendũq; alterũ: adhibita psumptiue. Et hoc ad differentiã doli manifeste. Sed Bar. arguit ꝯra. Nam cũ dolus pfistat ex animo: nõ potest pbari: sed indicijs psumitur. vt. C. de dolo. l. dolum. Omnis q̃ dolus est psumptus: null? manifestus?: Rñ. q̃ quedam sunt indicia manifesta. ⁊ illa pbata inducunt dolũ manifestum: vt. d. l. dolum. Quedaz sunt indicia nõ manifesta seu psumptiones nõ ita manifeste nec omnino dolũ pcludũt. Et ista de necessitate nõ inducunt dolum sed presumptiue. Et differentia ẽ inter dolum verum et presumptum. Nam primo differunt: quia minor a vero dolo non excusatur. Al dolo presumpto sic. Item a vero dolo nulla est excusatio. Al presumpto sic. Item q̃ in causis criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores. vt. l. sciant. C. de probat. Presumptus vo dolus non sufficit: quia non debet quis ex presumptionibus damnari: nisi hoc exprimeretur: forte ex aliqua causa. vt. C. de adulterijs. lege si qui adulterij. et in autentic. si quis ei. Lata culpa est deuiatio incircumspecta ab ea diligentia

quam communiter habent homines qui sūt eiusdem professionis. Et dicitur. incircūspecta. ad differentiam doli veri ⁊ psumpti. hoc est ad differentiam culpe latissime et latioris: que veniunt ex animo manifeste et psumptiue. Et ex hoc patet quid dicendū. An lata culpa sit dolus saltem psumptꝰ. Et concludit Bar. q̄ non: quia diffinitōnes doli veri ⁊ presumpti ⁊ late culpe sunt distincte. ergo ⁊ diffinita erunt distincta ⁊ dispata. Et sic vnuz nō predicabitur de alio. Item hoc patet ex alia diffinitione late culpe: que ponitur in. l. late. de verbo. signi. vbi sic diffinit. q̄ lata culpa est nō intelligere q̄ oīes intelligunt. Et si sic ergo lata culpa venit ex ignorantia. ergo necessario sequitur q̄ lata culpa non est fraus presumpta seu dolus p̄sumptus qui prouenit ex animo. tercia ratō ſm Bar. Nullum simile est idem. et allegat p̄hm ad hoc sed lata culpa equiperatur dolo p̄sumpto. g̃ nō est dolus p̄sumptus.

¶ An autē hoc verum sit q̄ lata culpa equiperat dolo. Glo. in. l. in actōnibus. ff. de in lit. iu. facit regulam. q̄ regulariter lata culpa equiperatur dolo. Fallit vbi pena coꝛporaliter afflictiua esset imponēda. Item Bar. in. d. l. in actōnibꝫ. dicit q̄ vbi req̄ritur verus dolus nunq̄ lata culpa equiperat dolo. Idem vult Bal. in. l. si quis. ff. de iu. om. iudi. vbi dicit. q̄ q̄ delictū circumscribit̄ p dolum: nō sufficit culpa. Secus in bis vbi venit culpa puniēda.

¶ Sed dices tu: quando statutum vel lex requirit dolum? Respondit panoꝛ. in. c. cognoscentes. de consti. q̄ aliquando lex vel statutum requirit dolum expresse. Aliquando tacite. Dicitur requirere dolum expresse: quando verba statuti hoc important: vt in. c. siquis suadente dyabolo. xvij. q. iiij. Nota verba suadente dyabolo. Ecce dolus expꝛssus. Tacite vō lex requirit dolum: quando punit actum qui fit in persona alterius. Exemplum dicit statutum si quis percutit clericum vel aliuz: puniatur pena tali. Nam iniuria non poterit esse sine dolo. Idem est dicenduz in casibus in quibus lata culpa non equiperat dolo. s. quando pena coꝛporaliter est afflictiua: vt dictum est. Si vō sum⁹ extra casus predictos: tunc ignoras lata culpa punit: sicut si dolose fecisset. quia regulariter lata culpa equiperatur dolo. hec Panormita. Similiter dici posset q̄ lex requireret dolum etiam expꝛessuz quando in lege poneretur hoc verbum p̄sumunt vt in cle. religiosi. de priuileg. Et ibi zab. dicit q̄ illud verbum. presumunt. dolum et temeritatem signat. Idem de hoc verbo: proprie temeritatis audacia. ⁊ hmōi. vt in cle. j. de sepul.

¶ Et per predicta patet so. ad aliam. q. quotidianam. An quis possit incidere in sententiam excōmunicationis sine dolo. Et patet sol. ex predictis q̄ sic. vt patz in dicto. c. vt animarum. Maz ibi regulariter ignorantia excusat: nisi sit suppina vel crassa: que est lata culpa. Cum ergo lata culpa ſm bartholum non sit dolus verus nec presumptus. ergo ⁊ cetera. Et Bar. in. d. l. qō neruа. dicit q̄ huiꝰ opinionis est Pe.

¶ Sed queritur de alia questione notabili. An ignorare iura communia sit late culpe. Respon. Bar. in dicta. l. quod neruа. et Panormitanꝰ in. c. consideranimus. de elect. dicunt q̄ sic. Vbi ergo iuris requireret doluz expresse vel tacite: posset dici sine preiudicio veritatis q̄ talis ignorans non incideret in penam legis: nisi quis incideret in factū alis damnatum. Et hoc videtur verissimum vt notat glo. singularis in. c. a nobis. el primo. de sentē. ex com. quam sequitur do. An. Idem videtur sentire Bart. in. l. cunctos populos. C. de summa tri. Idem Panormitanus in dicto. c. a nobis. Et licz Jo. an. in dicto. c. vt animaꝝ. reprobet dictaz glo. in casu. d. c. vt animarum. scilicet respectu statutoꝝ ordinariorum: vel iurium municipaliū. Secus tamen ſm eum respectu iurium communiꝝ et canonum generalium. Immo etiā ſm eum veniens ꝓtra dictos canones generales incurrēt dictas sententias: etiam si ibi nō esset factū damnatum: vt dictū est supra. in glo. sua. Et panoꝛ. in. d. c. a nobis. dicit q̄ talis non potest licite allegare ignorantiam cum scire debebat factum esse damnati. vbi aūt statutum puniret factum alis nō damnatum: tunc ꝓbabiliter ignorantes non ligantur. hec Panoꝛ. Et sic a contrario sensu: si lex punit factum alis damnatū: tūc nulla est excusatio ignorantie: presertim in lege vniuersali seu communi. Et hoc videtur indubitatum. licet Panormitanꝰ ibi etiam loquatur in statuto ordinarioꝝ: vt etiaz voluit glo. ibi.

¶ Et per predicta patere potest responsio. Quid de piratis et alijs qui veniunt contra processum annualem. Nam dici potest q̄ licet dictus processus cum'non sit inclusus in coꝛpoꝛe iuris: tamen quia dictus processus omni anno in curia ter publicatur et notoꝛius videtur per totū mundū: nō excusant. Exquo faciūt factū alis damnatū.

Illegitimus. Illegitime nati multipliciter dicuntur. Nam aliꝰ dicitur manser: qui proprie natus est de scoꝛto. Alius spurius vel notus: qui de adultera. Et ſm glo. Ray. Spuriꝰ di natꝰ ex ꝓcubina pro spurcicia incōtinentie. Notus vō natus de adultera. videt enī filius esse de mr̄imonio cum nō sit. Sicut et notas febres dicimꝰ: que vere quartane ⁊ hmōi videnť: ⁊ non sunt. Sed veritas est q̄ de adulterio natus dicit etiam spuriꝰ: vt in. c. tanta. qui fi. sint le. Alius naturalis q̄ de soluto ⁊ soluta. Et tales oīes phibenť ordinari: quia p̄ antiquā legem manseres ꝓhibiti sunt intrare templū dei vsq̄ in decimā generatōez Deute. xxiij. c. de elect. innotuit. extra qui fi. sint le. p venerabilez. Tanta aūt phibitiōis triplex est. s. dignitas clericalis que hmōi vilibꝫ ꝓferri non dz: extra de ex. p̄. inter dilectos. Item detestatio p̄ſni crimis. extra de bere. vergentis. Item q̄ tales filij solent esse imitatoꝛes p̄ſni sceleris. vj. q. j. si quis cū militibꝫ. In secularibus tū dignitatibꝫ tales non semp ꝓhibenť. ff. de

decur.l.spurij.z.l.generaliter.F.spurios. In quo ff.dicitur q si ille illegitimus habeat competitorē legitime natum:ei pfertur in officio dignitatis.

¶Quid si illegitime nati p ignorantiā pmoti fuerint: Rñ.fm Io.hoc casu fm omnes,pbabilis ignorantia excusat. Si ergo nihil scit:excusatus ē. Secus ergo qñ hoc ad eius noticiā puenerit.

¶Sed nunqd filius debeat credere verbis mris cuius filius sit.vide ē.Adulterium.

¶Quid si aliquis cōtraxit cum aliqua p verba ō pñti: vel de futuro in pñtia testium: Et idem intelligas in foro conscientie:si nulli sunt testes:non solum in hoc casu:sed in omnibus alijs:quia non deficit ius:sed pbatio iuris:z coguouit eam:z concepit postea cōtraxit publice cum alia:z habuit filium. Nūquid filius pme erit heres: Rñ.Dir. li.j.dicit q sic.extra qui fi.sint legi.per tuas.q; per carnalem copulam psummatū fuit matrimoniū. intantū q nulla ,pbatio in cōtrarium admittetur extra de spon.is qui. Als si simpliciter ,pbasset q eam affidasset: non determinando tempus ante matrimoniū cōtractum cum alia non sufficeret i foro contentioso ad hoc vt succederet.extra de ,pba.in pñtia. Idem Io.z Ber.in.d.c. p tuas.et Ber.ibi in.ver.affidauit.dicit.i.fidem dedit q eā duceret in vxorem.

¶Pone. Titius tenebat duas vxores in domo sua.vnam affidauit z cognouit z cum alia cōtraxit in facie ecclesie que hoc ignorabat. Eadem nocte vtranq; cognouit z impregnauit. Queritē quis succedet: Rñ.Dir.vbi ē.fm Io.q vtriusq; proles succedet titio tāq; legitima. Quod,pbatur sic. Prima est sua cum qua pius ptraxit clandestine z coram testibus:p quos ,pbatur contractū matrimoniū:nec aliquod impedimentū erat inē eos quo casu,ples succedit.d.c.per tuas.z.c.se. Secūda vo ignorans: fuit in facie ecclesie desponsata. Et sic proles succedit:z veritas opinioni cedit.ex qui fi.sint legi.ex tenore. Nō mirabile videtur.hec Dir. Nutbusdam tamen videtur q in dicto casu primus filius prime vxoris succedet z nō secūdus z secunda vxor cōtraxerit publice in facie ecclesie: z non prima:quia sufficit q contraxerit in presentia duorum testium. Et sic tale matrimoniuz erit matrimoniū non solum quo ad deū,sed etiā quo ad ecclesiam. Sed difficultas est maxima:si quis contraheret matrimoniū cum vna clandestine solus cum sola:ex qua haberet filium.z cum alia cōtraheret publice in facie ecclesie: ex qua etiam haberet filium:quis eorum diceret legitimus: Rñ. Men.ō gan.in suis quotlibetis dicit.q edicta ecclesie penalia:sunt cōtra illos maxime qui faciunt contra edicta ecclesie vt fortius obseruent. Et maxime ad illa custodienda que nouit ecclesia: de q; bus,habet iudicare. Vnde cum ecclesia ponit edictum penale q nullus illegitimus ad curam animarum accedat:hoc est in odiuz copule extra matrimoniū ab ecclesia nō approbate.propter quod illi qui sunt geniti ex matrimonio nō approbato. p ecclām quantūcunq; sit ratum coram deo:contra eos est edictum precedens:z nō contra illos q sunt ex matrimonio approbato per ecclesiaz quātumcunq; non sit ratum coram deo. Quare dicēdum est:q si ille primus ex legitimo matrimonio coram deo:non tamen approbato per ecclesiam: suscipiat curam animarū cōtra interdictū ecclesie suscipit:z est irregularis. Aliter non.hec Hen.

¶Quid si aliqui cōtraxerūt clandestine:z postea matrimoniū approbatur ab ecclesia. z post ,pbat impedimētū:z separatur matrimoniū. nunquid filij sunt legitimi. Rñ.glo.in.c.quod nobis. q fi. sint legi.dicit.q aut nullum impedimentū ,pbat cōtra matrimoniū:z omnes indistincte sunt legitimi.z hoc omnes sequunt;vt dicit Panor.ibi.z videtur hoc,pbari in.c.ij.de clan. despon. Nam approbatio retrotrahitur.z perinde est ac si a pncipio in conspectu ecclesie fuisset matrimoniū contractum. Aut impedimentū ,pbatur postmodū cōtra matrimoniū. Et tunc fm glo. geniti p approbatōem sunt legitimi:sed ante probationē nō Io.an.tenet indistincte q oēs legitimantur:licet postmodū matrimoniū separetur detecto impedimento. Mouetur:quia matrimoniū dīa precedentia purgat.vt.c.tāta.q fi.sint legi. Et hoc placet etiā.d.An. Sed Io.cal.tenet opi.glo. quia ad hoc vt matrimoniū sequens legitimet filios pcedentes:optz q potuerit esse tpe cōceptiōis.quod non est in casu nro:obstāte impedimēto. Panor. vo dicit aliqñ tenuisse opinionē Io.an. Sed nūc tenet opinionē glo.p.c.fi.F.si quis.ō clan. despō. vbi dicitur q,ples suscepta de clādestino matrimonio prius est illegitima detecto impedimēto Et hāc opinionē putat veriorē. Idē Io.z Dir. Quidam in facie ecclesie cūm quadā cōtraxit facta solenni denunciatōe: vtroq; vel altero ignorante parentela:seu impedimentū. Post cum accusarentur ō parentela pemprote citati venire noluerunt:tandē excōmunicant pseuerantes in excōicatōe tres filios susceperunt.deinde eis recōciliatis z parentela ,pbata celebratū est diuortium inē ipos. Queritur an filij nati tpe excōicatōis sint legitimi. Rñ.fm Dir.z Bar.bu.z Tancre. q filij omnes nati vel cōcepti ante snīam sunt legitimi. c.cum inter.qui fi.sint le.si in facie ecclesie contraxerunt solenni denunciatōe premissa.z ambo vel alter eorum bonam fidem habuit tempore contractus.

¶Quid de filijs sacerdotum:quos susceperūt de legitima vxore ante sacruz ordinē. Rñ. fm Ray. tales de iure cōmuni ,pmoueri possunt ad omnes ordines z dignitates:nisi in illa ecclesia vbi patres eorum immediate fuerūt prelati seu canonici. vbi non possunt canonicari vel,pmoueri. Hoc intelige ad easdē dignitates z pbendas:quas patres eoz tenuerunt. Ad alias aūt etiā in eadez ecclesia poterunt canonicari z,pmoueri:etiam viuentibz eoz patribz:z in eadem ecclesia in officio suo manentibus.extra de fi.pbr.ad hec.z.c.ad extirpandas.z.c.ad abolendā. Idem Io.Ber.z Bof.z addit Bof.nota.q cū pr habuit psonatū:vel vicariā ppetuā in aliqua eccla:filius imediate ipm vel ipam habere nō pōt.d.c.ad extirpandas.z.c.

qñ.eo.ti. Item si pater habuit personatū: filiꝰ nō pōt habere vicariā: nec ecōuerso.c.michael.ꝛ.c.cō stitutus.de fi.p̄sby. Istud ecōuerso intellige: q̄ si pater habuit vicariā ꝑpetuā: filius immediate p̄sonatū habere nō pōt.d.c.constitutus.ꝛ rō est: qa ꝑpetuus vicarius curā habet eccl'ie: cuius vicariꝰ existit.extra de of.vi.ex parte. Quod si filius dispē satiue succedat patri: frater istius bene poterit po stea succedere patri: vt ponit Do. quia in hoc nō succedit patri immediate. Sed secus si prius ha buisset ipam eccl'iam solum de facto.s.primꝰ frater q̄ tunc secundus nō poterit succedere.

¶ Sed nunquid hec prohibitio extēdatur ad ne potes. Rñ. Do.ꝛ Ber.in.d.c.ad extirpādas. di cunt q̄ extendit ad nepotas: de iure in hereditate succedētes: vt sunt nepotes p̄ rectā lineam descen dentes.ar.insti.de here.qua.§.sui. Secus autē in collateralibus: in quibus successio nō habet locū. Nō tñ fm Do. q̄ viuēte patre: nepos immedia te pōt poni in ecclesia: quaꝫ annus tenuit: patre vo mortuo nō pōt. Rō est.q̄ in primo casu cessat rō phibitiōis.s.successionis: q̄ si iure successionis ha beretur: non nepos: sed pater succederet ano. In secundo vo casu nepos tanq̄ proximior admitte retur.

¶ Ex predictis queritur de.q.vtili ꝛ quotidia na.an appellatione nepotis veniat filius fratris. Rñ. Panor.in.c.non sine.de arbi.dicit ex illo ter. q̄ appellatōe nepotis venit filius fratris ꝛ sororis Et hoc ex cōi vsu loquēdi.ꝛ sic capit̄ i.c.vnico. q̄. mo.seu.amit.col.x.vbi ter.exponit nepotes.i.filios fratris: ꝓprie tamen dicitur nepos ex filio vel filia ꝑcreatꝰ.vt.in.l.iurisc̄sultus.§.at nepos.ff. de gra.ꝛ fm Catholicon.nepos dicitur a nascor ris. Ideo dicitur nepos.i.natus post.s.filium. Et sic ergo bene dicitur: q̄ ex ꝓprio significato vo cabuli: appellatōe nepotis: venit natus ex filio vl' filia. Et de hac materia vide Jo.an.in.c.fundamē ta.de elect.in.vj.vbi noluit: q̄ ꝛ in materia odiosa appellatōe nepotis: nō veniat filius fratris: mero iure inspecto: tñ ꝓp̄ cōmunē vsum loquēdi comp̄ henditur talis nepos: quātūcūq̄ materia sit odio sa.ꝛ hoc dictū placet panor. q̄q̄ Fede.d̄ se.in suis cōsiliꝭ tenuerit contrariū. Nam in omni dispositōe quātumcunq̄ odiosa ꝛ restringibili debemus facere interp̄tatōem fm cōem vsum loquendi. vt no.glo.in.c.nōnulli.de rescrip.ꝛ doct.in.c.olim.d̄ ver.sig.et Bar.in.l.ofñes populi.ff. de iusti.ꝛ iu. vide etiā Panor.de hoc in ꝑhemio decre.vbi con cludit.q̄ vsus loquendi ꝓfertur ꝓprio significa to vocabuli.vt in.l.labeo.ff.de sup.le.etiam in ma teria stricta.hoc etiam voluit Bar.in.l.nō dubiū C.de legi.vbi notabiliter dicit. Statuta intelligē da fm cōmunē vsum loquendi. Et dicit Butri. hoc ꝑcedere: etiam si statutū dictaret statuta debe re intelligi ꝓut iacent. Secus dicit in legibus cō ditis a iure peritis.quare tunc fm eum verba nō regulantur ab vsu loquendi: sed a ꝓpꝛietate vo cabuli.hoc intelligit verū.d.An.nisi esset vsus lo ci condite legis: quia tunc debent intelligi verba fm cōmunem vsum loquendi. Secus autem vbi lex cōꝓhenderet multa loca: vbi non est talis vsus loquendi: quia tunc verba intelligūtur ꝓprie.et nō regulantur ab vsu loquendi. Ipez addit aliud notabile.q̄ si statutum dictaret statuta debere in telligi: nullo extrinsecus addito: vel subintellecto: q̄ tunc debent intelligi: nō fm vsum loquendi: q̄ ille intellectus est extrinsecus: sed fm ꝓpꝛium si gnificatū vocabuli. Idem tenet Panor.in.c.per tuas.de ꝓba.vbi dicit.q̄ in dispositiōe statuta ria: cōis vsus loquendi ꝓfertur ꝓprio significato vocabuli.

¶ Quid si quis sit natus de damnato coitu: ꝛ po stea pater ducat matrem in vxorem. nunquid ille de iure cōmuni potest tanq̄ legitimus ꝓmoueri? Rñ.si pater potuit illam in legitimā vxorē habe re tpe ꝓceptōis: q̄ nullum impedimētū erat. ꝛ po stea duxit eam in vxorem: legitimatꝰ est filius an tea genitus per sequēs matrimoniū. ꝛ ita succede ret in hereditate tanq̄ legitimus.et ad oēs actus legitimos admittetur. Secus si ꝓpter aliqd̄ im pedimentū nō poterat esse matrimoniū inter eos tempe ꝓceptōis.

¶ Quid si p̄b̄r filium generet ex vxore legitima: cum qua ꝓtraxit dum erat laicus. vel in minoꝛi bus nunquid filius erit legitimus. Rñ. Hosti. distin guit.q̄ si inuita vel ignorante vxore fuit ꝓmotus tunc talis erit legitimus fauore pl'is. Si vo ea cō sentiente: tunc talis nō erit legitimus. xxxij. di. se riatim.ꝛ sic fm hanc distinct. cōcordāt opiniones Ray.ꝛ Bof.que videtur cōtrarie. Idem dic si ea sciente ꝛ nō cōtradicente.ar.liij.di.si seruus scien te. Et ideo talis de iure nō potest ꝓmoueri. vide etiam glo.singularē in.c.ministri.lxxxj.di.q̄ dicit. q̄ si vir post suā ordinatōem cognoscat vxorē cui quā votum emisit: cōmittit incestum; ꝛ filij erunt illegitimi.

¶ Quis potest dispensare cum illegitimo? Rñ. episcopus potest dispensare ꝑtum ad ordines mi nores ꝛ beneficiū sine cura. Aliter non. nec ad di gnitates seu personatus: nisi papa. extra de filijs presbyte.is qui.libro.vj. vbi etiam patet q̄ si per papam fuerit cum talꝰ dispensatum: vt possit be neficium curatum obtinere: intelligitur solum de vno.

¶ Quid si a papa dispensatōnem obtinuit: ꝛ po stea impetrauit: q̄ duo aut plura beneficia cū cu ra possit habere. Tacuit aūt p̄dictum defectum. Dic q̄ nō valet hec secunda gratia.c.si is cū quo. de fi.p̄sby.li.vj.

¶ Que est dispensatio circa illegitimos. Dic fm Ray.si tales intrant monasteriū de iure cōmuni possunt ꝓmoueri ad omnes ordines.lvj. dist.§.j. extra de fi.presby.c.j. Religionis enim ingressus tollit irregularitatem. sicut etiam ingratitudinez xix.q.vlti.nō licet. Ad prelatōem tñ nō possunt ꝓmoueri absq̄ dispensatōe pape.d.c.j. Et Pe.de palu.in.iiij.dicit q̄ illegitimus etiam ingressus re ligionem: curam animarū iure ordinario siue per electōem siue per cōmissionem: habere nō potest. Et no.glo.in.c.ij.de apostata.q̄ ingressus religio nis tollit omnē irregularitatem: que surgit ex ꝺ.

ppō delicto.ita q̄ sine dispensatōe pōt ad ordines ꝓmoueri:sed nō ad dignitates.illam vo que surgit:nō ex ꝓpio delicto nō tollit. Panor.autē ibi dicit q̄ de hoc nō pōt dari certa regula.quia in quibusdā casibus tollit:in quibusdā nō. Et credit q̄ tm̄ in iure expressis casibꝫ tollat irregularitas p ingressum religionis. Si vo remanent in seculo: nec ad ordines nec ad prelaturā possunt absq̄ dispensatōe ꝓmoueri. Sed circa eos q̄q̄ adhibet dispensatio magna.vicz vt ordinētur ⁊ instituant ī ecclesijs alijs a paterna. Dico si sunt filij ꝑsbyteri Aliter vo in quibuscūq̄ ecclesijs.ar.extra de fi. ꝑsby.pñtium. Maior: vt etiam in paterna aliquo tamen medio. extra de fi.presbyte. ex translissa. Maxima: vt in paterna:nullo medio.ex̄ de fil.ꝑsby.ex tua.

Quid si cum illegitimo dispensat quo ad ordines ⁊ ecclesiasticū beneficium. Rn̄.si ab ep̄o facta est dispensatio:non extenditur nisi ad ea que pōt. vt dictuz est. Si vo a papa potent promoueri ad parochialem ecclesiam non ad personatum vel rectoriam:ad quam per electionē ꝓcedi cōsueuit.ex̄ de ꝓben.c.fi.

Queritur an papa possit legitimare quo ad tēporalia ⁊ successiones. Rn̄. Panor.in.c.p venerabilem.qui fi.sint le.recolligendo sūmarie dicta docto.dicit q̄ aut queritur de legitimatōe fienda per papam. Aut per impatorem:seu habētē ab eo potestatem. Primo casu si vult legitimare in patrimonio ecclesie:libere potest.vt in.d.c.per venerabilē. Sed in terris alienis:aut subest ꝓmaxima ⁊ ardua causa. ⁊ credit q̄ possit:licz legitimandus cognoscat alium in dīm. Mouetur per tex.in.d.c.p venerabilem.in ỹ.rōnibus. Nam si ille auctoritates veteris ⁊ noui testamenti nō cōcluderent in actu legitimationis:frustra papa eas adduxisset. Finge ergo:q̄ ex legitimatione filij alicuius principis sequat̄ fidei magna dilatatio. Nam tunc ob eam causam: vel similē papa poterit exercere iurisditionem tempalem:vt ibi ⁊ in.c. ꝓ hūani.de homi. li.vj. Aut cessat arduitas cause. ⁊ si vult legitimare nō recognoscentē superiorez seu eius filios. ⁊ pōt. Aut vult legitimare recognoscentem superiorem. ⁊ nō pōt nisi superior cōsentiat:nisi velit legitimare in spūalibus.vt extra de fi.p̄sby.c.j.⁊.ij.li.vj.vl ni si velit incipe a radice matrimonij. vt in.c. tanta. qui fi.sint legi. ⁊ in.c.q̄ circa.de ꝓsan.⁊ affi. Ju imperatore dicendū:q̄ incipiendo a radice matrimonij nō pōt legitimare: quia nō pōt ipe disponere sup matrimonio.vt in.c.tuam. de or.cogni. Aut ꝑ rescriptum vult legitimare: ⁊ tūc in spūalibꝫ nō pōt. In tpalibꝫ vo pōt in terris sibi subiectis: mediate vel immediate.immo de iure ipse solus pōt in toto imperio. Unde reges ⁊ alij principes qui recognoscunt imperatorē in dominū:d iure nō possunt legitimare:q̄ legitimatio sicut ⁊ fame restitutio et silia vident reseruata soli principi. Secus si essent principes: vel ciuitates non recognoscētes superiorem. Nam isti habent tantam ptātem quātam habet imperator in imperio suo. Ad hoc. d.c.p venerabilem.in ỹ.insup. ⁊ facit glo.ibi in ver. recognoscat. Ex quo habes:q̄ rex francie d̄ iure nō est exemptus a romano impio. lz Innoc.dicat q̄ de iure subest pape ⁊ nō imperio. Hosti.vo tenet primū:quia omnes principes seculares debent recognoscere imperatorē in dīm:vt in.c.adrianus. lxiij.di. Et ex hoc dicit.q̄ reges hyspanie: anglie: ⁊ francie tenent de iure obedire impatori: lz de facto nō obediant. Nunquid autē peccent nō obediendo. ⁊ nunquid potuerint ꝑscribere cōtra imperium. Respectu prescriptōis sentit q̄ nō:nisi ꝑscripsissent passiue.i.nomine romane ecclie. Respectu peccati dicit:q̄ forte excusantur a peccato: interim dum imperator nō exigit ab eis obedientiā. Sicut in simili notatur in decimus. ⁊ cum hoc dicto transit in.d.c.p venerabilem. Jo.an. Dz dominus Anto.dicit posse defendi:q̄ isti ꝑscripserunt cōtra imperium. Nam plures possunt esse imperatores:quēadmodū q̄ plures eliguntur in discordia. Et de cōsuetudine vterq̄ ministrat: vt notat glo.in clemen.romani.de iure iurā. Et Panor.putat q̄ isti principes possunt ꝑscribere iura imperij in eorum regnis. Ad hoc facit quod no. Jo.an.in.c.cum episcopus.de offi.ordi.li.vj. vbi dicit q̄ prelatus inferior episcopo pōt prescribere iura episcopalia in certa pte dyocesis. Sed q̄ princeps possit prescribere: vt ipe non sit sub imperio: non videt hoc possibile in iure:quia sine possessione prescriptio nō ꝓcedit. Sed quis non pōt possidere seipm. Et ideo lz papa vel alius potuisset ꝑscribere contra impatorem:tamen actiue nō ꝓcedit ꝑscriptio. Aut vult legitimare in terris ecclie. Et tūc nō pōt. Idē ⁊ fortius dicendū de habente ab eo ptātem.

Et ex predictis pōt correlarie inferri q̄ papa q̄ ad terras ecclie pōt legitimare:tam quo ad tpalia q̄ quo ad spūalia. Quo vo ad terras imperij:pōt quo ad spūalia sed nō quo ad tpalia.vt etiā voluit Bar.in autenti.ex cōplexu. C. de ince.nup. Et hoc nisi ex maxima ⁊ ardua causa.vt dicit Panor. Nam tunc etiaz in terris imperij posset legitimare quo ad tpalia. Secundo infertur q̄ imperator: vel alius ab eo habens ptātem nō pōt legitimare quo ad spūalia. Et ideo nec ad ordies: nec ad alia spūalia admittentur.vt etiam vult Bart. vbi s. Nec etiam erunt legitimi in dominio illoruz qui non recognoscunt imperatorē:q̄tum ad ea ꝑ que fieret alteri prejudicium.puta ad successionez bonorum ab intestato.vt notatur in dicto.c.per venerabilem.

Utrum autem comites palatini habentes potestatem legitimādi ab impatore possint legitimare in pīudicium agnatorum.d. An.in.d.c.p venerabilem:dicit q̄ non:nisi pater ⁊ agnati cōsentiāt quia hec potestas tanq̄ alteri prejudicialis est restringenda.vt.l.j.ff.si quis a principe.ff.ne quid ī lo.publi. Sed Panor.in.d.c.per venerabilez. dicit forte inspicienda verba potestatis collate. Et vbi simpliciter eēt data potestas:credo q̄ possent legitimare:etiam in prejudiciū agnatorū quēadmodum impator:quia in hac legitimatōe iura nō faciunt mentiōem nisi de patre.quia agnatis nō ꝑ

tudicaꝝ nisi respectu spei. Sed posset dici q̄ quando istis comitibus simpliciter est concessa auctoritas legitimandi: q̄ possunt legitimare etiam in preiudicium agnatorum. Et hoc quo ad filios naturales tm̄. Secus in spurijs ꝛ alijs ex damnato coytu: nisi expresse concedatur. facit q̄d notat Jo. an. in addi. ad spec. in ti. qui fi. sint legi. vbi dicit. q̄ si spurius dupliciter. s. ex patre vxorato ꝛ matre maritata impetrat a papa. vel ab impatore rescriptum legitimationis q̄ non valet: si non expressit vtrunq̄.

¶ Quid si pater fecit legitimari filium naturalem post testamentum. An rumpatur testamentum. Dic q̄ sic: quia filius fictus rumperet. vt in auten. si qua mulier. C. de sa. san. ec. ꝛ arrogatus rumpit. ad hoc facit insti. q̄. mo. te. infir. in princ. Nec Jac. de bel.

¶ Mis premissis. Quero de solennitate adhibenda in actu legitimationis. Dic q̄ primo debet qualitas legitimatōnis referari principi. vtputa. quia est incestuosus. vel adulterinus. vel incestuosus ꝛ adulterinus simul. Als autem legitimatio eēt surrepticia: vt dictum est. Et regulariter dicendum. q̄ omne tacitum: quo expresso. princeps nō ita de facili concessisset legitimationem: habet ipsam viciare. Ad hoc. c. postulasti. de rescriptis. Et p hoc dico. q̄ si habēs fratres legitimos ꝛ naturales impetrauit legitimationem: ꝛ non fecit mentōnez q̄ haberet legitimos. non valet legitimatio. q̄ princeps non solet legitimare. quando legitimandus habet fratres legitimos. vel saltem non ita defacili. vt sentit Jo. an. in addi. specu. ti. de suc. ab inte. Secundo requirit̄ q̄ legitimandus consentiat. ꝛ hoc vult Bar. in. l. inuiti. ff. de his qui sunt sui vl̄ alie. iu. vbi concludit per illaz legem q̄ pater non potest legitimare filios basthardos: ipsis inuitis. Idem dicit de naturalib⁹: natis ex ꝓcubinis. hoc verum dicit: nisi filius sit infans. vt. l. iubem⁹. C. de eman. li. Et est ratio fm ludo. ro. quia non pōt liber homo nolēs alteri⁹ subijci potestati.

¶ Sed pone q̄ filius scit patrem impetrare suam legitimationem: ꝛ non ꝺicit. An habeaꝝ ꝓ consentiente. Fuit als magna questio. Et communit̄ tenebatur q̄ non: quia in ꝓiudicialib⁹ taciturnitas non habetur ꝓ consensu. Sed contrarium est verum. Glo. est singularis in. l. in adoptionib⁹. ff. de adop. Item oportet q̄ pater consentiat. vt in auten. qui. mo. na. effi. sui. ℈. generaliter. De agnatis dubitaꝝ vtrum debeant vocari ꝛ consentire. Panormita. in dicto. c. per venerabilem. recitat Jac. de bel. sentire q̄ sic. Als non valebit in preiudicium eorum. Sed dicit communiter teneri oppositum. vt notat Jo. an. vbi supra. Idem Bar. in. l. gallus. ℈. ꝛ quid si tm̄ de li. ꝛ po. vnde Panormitanus concludit q̄ aut pater vivit. Et satis est q̄ pater consentiat adeo q̄ etiam agnatis ab intestato iste legitimatus succedet. Nam princeps qui abstulit istis basthardis ius agnationis ꝛ cognationis: potest eos restituere sine alterius iniuria ad ius nature primeuum. vt in di. ℈. generaliter. Si vo pater est mortuus. tunc aut pater disposuit q̄ iste legitimareꝝ: ꝛ tunc nō est necesse vocare agnatos. ar. in Auten. Item si quis. C. de naturali. li. Aut pater nihil disposuit. Et tunc est opus vt vocent̄ agnati: quib⁹ hereditas paterna acquisita est argu. l. j. ꝛ fi. ff. de nata. re. Als non valeret rescriptum legitimationis: seu saltē non haberet regressum ad bona paterna. hec vera: nisi ꝓnceps ex certa scientia vellet legitimare agnatis non vocatis vt notabiliter dicit Bart. in di. ℈. ꝛ quid si tantū. Potest enim princeps ex certa scientia restituere in integrum cum preiudicio alterius. ad hoc facit quod notaꝝ in. l. fi. C. de sen. passis. ꝛ. l. in causa. ff. de mino. Adde predictis quod notat Panormi. in. c. referente. qui fi. sint leg. q̄ papa dispensando super matrimonio: per consequentiam dispensat sup legitimatione filior⁹. etiam respectu hereditatis. Et hoc intellige de filijs postea genitis quia vt dicit idem Panormitanus in. c. tanta. qui fi. sint le. Si incestuosus contrahat matrimonium q̄ dispensationem ecclesie. non tamen filij ante geniti legitimantur: nisi aliud dicatur in dispensatione.

¶ Vtrum is quē papa legitimat possit in episcopum ꝓmoueri? Rn̄. Goff. ꝛ Hostien. dicunt q̄ non: quia cum hec indulgentia sit odiosa: est restringenda. extra de consang. q̄ dilectio. Et ideo ad personatus ꝛ alias dignitates minores episcopatu tm̄ est extendenda. extra de concess. pre. dilectus. Idem Astēn.

¶ Nunquid autem is quem papa legitimat simpliciter: ꝛ in fora communi intelligatur legitimatus quo ad dignitates? Rn̄. Goff. q̄ non. ℈ Hostien. dicit q̄ sic. quia talis est perinde ac si ab initio fuisset ex legitimo matrimonio natus. hoc etiā facit lex mortua. d. c. tanta. Multofort⁹ lex viua. ff. de ꝓsti. prin. beneficium. Sicut etiā simpliciter restitutus: ad oīa restituit. C. de sen. pas. l. j. Sic simpliciter legitimat⁹ intelligi ꝺz ad oīa legitimat⁹. ex de pri. q̄ circa. hec Astēn. li. viij.

¶ An autem filij presbyteror⁹ possint saltem succedere matri. Dic fm Panormi. in dicto. c. venerabilem de mente glo. q̄ filij presbyteror⁹ dicunt̄ adulterini. Et sic infert q̄ matri succedere nō pūt quia tales nati ex damnato coytu repellunt̄ ab hereditate parentum. vt in Auten. ex complexu. C. de incest. nupt. Idem dic de natis ex alijs clericis constitutis in sacris. quod ꝓcedit etiam si sint nati ex vnica concubina clerici. vt notat Bar. in. l. si gener. ff. de his qui. vt indig. quia concubinatus est specifice damnatus in clericℓ. vt extra de coha. cle. per totum.

¶ Sed dubitari pōt quid de natis ex clericis non constitutis in sacris beneficiatis. Bar. in. l. in concubinatu. ff. de ꝓcu. format. q. in terminis. Pone. q̄dam clericus in minorib⁹ ordinib⁹ ꝓstitutus retinuit ꝓcubinam. ꝛ ex ea habuit filios postea eam duxit in vxorem. An filij legitimentur. Et dicit Ri. malum. disputauit hanc q̄em ꝛ tenuit q̄ non legitimentur: quia coytus concubinarius in clericℓ

est totaliter reprobatus a lege. vt in auten. de sanctis. episcopis. §. clericos. vnde nō pñt dici filij naturales: nec p pñs legitimarī p sequens mrimonium. Jo. an. ponit istam qōem in mercu. in regula line culpa. Et facit mentōz de dicto Ricardi. z determinat ꝫium p regulaz. q ex quocūq; coytu sint nati: dūmodo potuerit esse vxor. si ꝑsensus affuisset. legitimarī p sequens matrimoniū. Pecus si tunc non poterat esse vxorius. Bar. autem distinguit. an ille clericus sit beneficiatus vel ne. ꝫ tamen hoc nihil facit ꝺ opi. Jo. an. quia dato qō ille clericus in minoribꝫ esset beneficiatus nihilominus si ꝺberet teneret matrimonium. Et sic filij ante nati legitimarenť p dict. c. tanta. Et per ꝓdictam regulam patet. q si saracenus habuit filium ex xp̄iana z postea efficiať xp̄ianus. z cum illa ꝺbat: nō ꝓpter hoc filius legitimať: quia tempe natiuitatis non poterat esse matrimoniū. vt in. c. cane. xxviij. q. j. Idez dicit Vin. in nat̄ ex coytu incestuoso. q licet postmodum ꝓtrahať matrimonium p dispensationem ecclie: non tñ filij ante geniti legitimarenť. q tunc nō poterat esse matrimoniū obstante impedimento ꝓsanguinitatis vel affinitatis: nisi aliud dicať in dispensatione. Et sic Panormi. in di. c. tanta. ꝛcludit. q vbi coytus nō poterat esse vxorius obstante impedimento perpetuo: non remouibili sine dispensatione ecclesie. filij non legitimantur per sequens matrimonium.

¶ An autē quis possit petere se ꝓnunciari legitimum. Inno. ꝛcludit q non: nisi ad aliquem effectum. vtputa. si agit̄ de successione: z imputať sibi q non est legitimus: tunc potest petere ꝓnunciari se legitimum. vt in. c. j. qui fi. sint legi. Vel si diffamať de illegitimitate. Idē Panor. in. c. causaz. qui fi. sint le.

Impedimentum primo ꝓmuniter. Circa impedimenta matrimonij. Primo agem⁹ de impedimento in genere. Secūdo de impedimentis in specie. Que in his versibꝫ ꝓtinenť. Error. ꝓditio. votum. cognatio. crimen. Cultus disparitas. vis. ordo. ligamen honestas. Si sis affinis. si forte coyre nequibis. Nec socianda vetāt: nubia iuncta retractant. Ecclesie vetitū: necnō tꝑs feriaz. Impediunt fieri. ꝓmittūt facta teneri.

¶ Que impediunt matrimoniū iaz ꝺctum. Rñ. xij. sunt que impediunt: nō solum matrimoniuz ꝺbendum ꝫ etiam dirimūt ꝓtractum. que ꝓtinēt in tribꝫ primis versi. Et intelligas q dirimūt ꝓtractum: si ꝓcesserunt matrimoniuz. Si autem veniunt post matrimoniū rite factum. vt affinitas vel crimen z hmōi: non dirimūt: ꝓter vnum. s. votum religionis cum effectu. quando quis ꝺcto matrimonio ꝫ ante carnalem copulam ingrediť religionem. extra de conuer. coniu. vez. z. c. ex parte. el. ij. z de spon. commissum. Expectari tamen debet vsq; ad ꝓfessionem. nam ante non dirimiť.

¶ Quid aūt dicendum si quis aliquaz mulierem cognouit carnaliter z postea ꝺbat cum ea ꝓverba de pñti. ꝫ post ꝺctum matrimoniū eaz nō cognouit carnaliter: nūquid poterit alter eoz intrare religionem. Questio est pulcra: z de facto bis diebꝫ accidit. Rñdi pt q sic: nō obstante tali copula ꝓcedēte. Primo p. c. vez. z. c. ex publico. z. c. ex pte. ij. de ꝺuersati. ꝺiu. Que q̄dez capitula dicūt q aī ꝓsummatōz mrimonij alter ꝺiugum pōt intrare religionem. Et nota illud vbum ꝓsummatōz. qđ importat ꝓpletōem. Illud aūt qđ ꝓplet aliqō op⁹ videť sequi z nō antecedere. Secūdo in casu ꝓdicto: iste nō incurrit bigamiam. etiam dato q talis mulier fuisset prius ab alio viro cognita. de quo vide s. bigamia. vbi iura req̄runt q ad incurrēdaz bigamiaz nō sufficit q aꝺs ꝺbat cum corrupta nisi post tale ꝺctum matrimoniū sequať copula carnalis. Non ergo sufficit antecedens. Ad hoc etiam facit. c. veniens. de spon. vbi copula ꝓcedens non facit transire sponsalia de futuro in mrimoniū. ꝫ bene copula sequens.

¶ Quid aūt si sponsus cognouit sponsam violenter. nūquid poterit spōsa intrare religionē inuito sponso. Dubiū facit. q effecti sunt vna caro: iz violenť. In hoc sunt varie opiones Jo. an. in mercu. in regula. Ea q̄ ꝺ. de re. iu. in. vj. vi seq opi. Bar. bri. q tenuit talē spōsam cognitaz posse ingredi religionē: sponso inuito: ne delinq̄ns sit melioris cōditōis q̄ sapiens. Itē nō vi ꝓmunicasse corp⁹ suū ex̄q̄ inuita fuit cognita. Panor. in. d. c. vez. vi adherere huic opi. Quidā tñ distinguūt. q si ē spōsa de futuro pōt trāsire ad religionē: nō obstante carnis copula violēta. si aūt est spōsa de pñti. nō pōt trāsire ꝺdicēte marito. huiꝰ opi. ē Monal. z Rod. que vi valde equa.

¶ Quid aūt si vir vxorē suaz quam nōdum cogn̄uit tradidit adulterādam ꝓsanguineo. ꝓpio inuitam: An possit postea ꝺ illiꝰ volūtatem religionē ingredi? Rñ. Ri. in. iiij. dis. xxxv. dicit q attenta iure naturali eq̄tate z viri iniq̄tate. z ꝓsiderato q corruptōz vxorius vir est ꝓncipalis cā. p illaz corruptōz acq̄sinit vxoꝛ tantam ptātem in corpus viri vt ꝺ eius volūtatē: religionē nō possit intrare. vñ ex̄ de eo. q co. ꝓsan. vt. c. discretōz: ꝺi de q̄daz muliere q nōdū a viro cognita. ab eo fuit tradita inuita ꝓsanguineo viri: q cū ipsa inuita ꝛcubuit. Et q̄ cito fuit r̄ddita libtati: fugit ab eo. z se ꝓri viro restitui postulauit. qđ si monita vt ꝓtinētiaz fuet ad hoc induci nō potuerit. vir ꝓioꝛ cogať redire ad ipsam. z maritali affectione tractare.

¶ An p suscepтōz sacri ordinis dissoluanť spōsalia prius ꝺcta de pñti? Rñ. Glo. in. c. q votuz. de voto z voti re. li. vj. dicit q hodie est approbatū p ꝑstitutōz Jo. q incipit antique. s. spōsalia de pñti nō dissolui p receptiōem sacri ordinis. p. c. ex pte. el. ij. de ꝺuer. ꝺiu. Et si dicerem⁹ ꝺ̄ium: iaz nō eēt eq̄litas. q iaz duplici remedio posset vir dissoluere sponsalia: z mulier vnico. q ꝓpter fragilitatem sexus. mulier ordines recipe nō pōt. Et sic habes casum in quo sacerdos potest habere vxorē. Nec?

tamen esset dicendum: si essent solum sponsalia de futuro. quia tūc p susceptionem sacri ordinis dissoluerent.

¶ Que sunt illa que impediunt matrimonium cōtrahen. ꝫ tamen nō dirimūt ptractum. Rñ. Primo q̄dez sunt duo p̄dicta in. v. p̄. s. ꝓhibitio ecclie z tē pus feriarum. Item sunt quedam crimina de quibus habet. j. impedimētum. viij. Itē impediunt matrimonium contrahen. sponsalia. que sunt prius cum alia cōtracta. de quo. j. Sponsalia. Item catheciſmus. de quo. j. Impedimētum. vj. Item impedit votum simplex. de quo. j. Impedimentum. iiij.

¶ Utrum aliqua cōsuetudo impediat matrimonium cōtrahen. vel dirimat cōtractum. Rñ. Panor. in. c. sup eo. de cogna. spū. q̄ aut ꝓsuetudo habilitat al's habiles p ius canonicū. Puta vt in tercio g̃du possit mr̃imoniū cōtrahi vel vt frater possit cōtrahere cum sorore spirituali: z non valet consuetudo. z videtur tex. in dicto. c. super eo. Idem tenet Hosti. quasi ꝓsuetudo non sit rationabilis: cum sit cōtra omnem honestatez. ex quo inferet ꝓsuetudinem a papa non approbataz nō posse tollere impedimētum publice honestatis. quia nō valet ꝓsuetudo ꝓtra honestatem ecclesie. vt in. c. cum decorem. de vi. z ho. clerico. Aut ꝓsuetudo inhabilitat al's habiles. vt in filijs duoꝝ compatrum. per quoꝝ neutrum deuētum est ad compaternitatem. Et tunc aut habet solum ꝓsuetudo vt impediat: nō vt dirimat. z valet ar. d. c. super eo. Aut habet vt dissoluat ꝓtingium. Et si ad tempus valet vt dicit Inno. in dicto. c. super eo. Nam peccarēt ꝓtrahendo ꝓtra ꝓsuetudinem patrie. xxx. q. v. c. aliter. Aut habet vt dissoluat imperpetuum. Et si est approbata per papam: saltem tacite. valet. vt ꝓbat in dict. c. sup eo. fm lecturam Hosti. Aut nō apparet de approbatione pape. z videt Hosti. velle ꝓsuetudinem nō valere. Dicit enī casum. d. c. sup eo. non esse extendendum. Sed Panor. putat oppositum vbi cum ꝓsuetudine occurrit scandalum. Unde sicut papa potest ius diuinum interp̄tari. z addere z diminuere. vt notat Innoc. in. c. que in eccliaꝝ. de consti. vt dictum est s. Consuetudo. Ita z consuetudo. vt notat idem Inno. in. c. fi. de ꝓsuetud. Item videmus q̄ ꝓsuetudo que generat scandalum inhabilitat quez ad matrimonium spūale. vt in. c. cum olim. de cle. coniu. ergo pari ratione debet posse inhabilitare ad matrimonium carnale. ad hoc facit qđ notat glo. in dicto. c. sup eo. que est singularis. q̄ si in aliquo loco esset hodie cōsuetudo. vt in. v. gradu non possit contrahi matrimonium z ex ōctu generaret scandalum. q̄ nō valeret matrimoniū. Licet. c. non debet. de ꝓsang. hoc ꝓmittat. Et potest esse duplex rō. Prima quia hec ꝓsuetudo occurrit cū iure antiquo: nec censet̄ sublata p ius nouum: ex quo nō reꝓbat illud ius. z occurrit secum scandalum. Secunda ratio colligit ex p̄dictis. quia ꝓsuetudo ꝓtinens in se scandalum ex p̄teritione: potest inhabilitare al's habiles: ꝫ vbi a p̄ncipio nullum fuisset impedimentū tunc solum scandalum supuenies non posset dissoluere matrimonium. vt dicit glo. in dicto. c. sup eo. quam notabis. quia ꝓpter scandalum nō est recedendū a veritate iur̄ diuini: vt in. d. c. ij. ō oppono. nū. hec Panor. in. d. c. sup eo. Vide ad p̄dicta que notat idem Panor. post glo. in. c. qō super. de ꝓsan. q̄ ꝓsuetudo inhabilitans pōt esse rationabilis: habilitans vo non. quia prima est inducta ad charitatem ampliandam: vt homines potius cōbant cum extraneis q̄ cū ꝓsanguineis. Ꝫ in secundo casu ꝓsuetudo est cōbonos mores: z cōbonum charitatis: eo q̄ relaxat ꝓhibitionē inter ꝓsanguineos. Consuetudo aūt cō statutum. vel legem nutrientē bonos mores: nō valet. vt in. c. fi. de ꝓsuet. z notat Bar. in. l. omnes populi. ff. ō iusti. z iure. Opinio tū Hosti. videt cōmunior z securior. vt dicit Astēn. li. viij. titu. xviij. dicens. q̄ Ber. sibipsi aperte cōdicit in duabꝰ suis glo. s. in. c. j. z in. c. sup eo. de co. spi. Naz in. d. c. j. dicit q̄ si sit ꝓsuetudo. q̄ si fiat ꝓtium eius genereꝫ ex hoc scandalum: nō tamē dirimeret ꝓpter hoc matrimoniū iaz cōctum In dicto aūt. c. sup eo. dicit q̄ si sit scandalum magnum alicui: q̄ tales ꝓiungant̄ vel remaneant cōiuncti. non solum impediet̄ inter eos ꝓtrahi matrimonium: sed etiam dirimet̄ iam cōctum. Sed Astēn. dicit. q̄ magis est assentiendū p̄me glo. z huius opi. est Hug. z Goff. p qua facit singulare dictum Hosti. q̄ tolerabilius est aliquos ꝓtra statuta hominū copulatos dimittere simul. q̄ sic cōiunctos ꝓtra statuta dei separare. ex de testi. licet. Pro hoc etiam facit singularis theorica dicti Hosti. q̄ vbicunq; mḡri p suas glo. matrimoniū soluunt. nec ius exp̄ssum adducunt. si inueneris aliquem doct. scribētem ꝓtrarium. s. matrimonium nō debere dissolui: sequaris eum. Ad hoc facit qđ notat Panor. in. c. si vir. de co. spiri. q̄ vbi agit̄ de matrimonio sustinendo: singularis opinio est p̄ferenda ꝓmuni. Quod bene notabis: nisi cōmunis opinio hꝫet quasi textum p se. In alijs aūt vbi doct. in aliquo articulo sunt varij: seq̄nda est opinio humanior. i. rōnabilior z equior. Si vo ꝓtraq̄ opinio est rationabilis: est seq̄ndū plurimoꝝ iudicium fm Hosti. z Ber. Ad hoc bonus tex. in filij xix. di. in canonicis.

¶ Quid si ecclesia p̄cipiat alicui ꝓtingum cohabitare cum altero: z ille cui p̄cipit̄ scit esse impedimētum: Rñ. fm Hug. in hoc casu q̄ tum ad reddēdum debitum non tenetur obedire. tamen incohabitatione. z necessariorum exhibitione obedire debet.

¶ Quō ante matrimoniū sit inq̄rendū an sit aliqđ impedimentū. Rñ. dūt in ecclesijs banna. publice p p̄sbyteros ꝓponi vt. j. ꝓpetentem terminū q̄ scit impedimentū ꝓponat. Et si appuerit ꝓhibitis ꝓiectura cōpulam futuram: intdicat exp̄sse. donec ꝓstet qđ fieri debeat. Aliter si cōberent sine bānis. aut post ꝓhibitōz z extiterit impedimentū vt puta. gradus ꝓhibiti: tūc filij dicent illegitimi. z nō excusabunt̄ ꝓpter ignorantiaz parentum. de hoc tū. j. Sacerdos q̄z qui tales ꝓiunctiones inhi-

bere ꝓtemplerit. vel regularis qui in eſſe preſumpſerit p triennū ab officio ſuſpendaſ. Aut vo falſum impedimentū malicioſe obiecerit. canonicaꝫ non effugiet vltōem. extra de clā. deſpon. cum inhibitio. In aliquibꝫ vo locis nō fiunt hec banna: ſ ſolum ꝓtrahunſ ſponſalia ſolēnit & publice: multum añ mſimoniū & interim ꝑt manifeſtari: an ſit impedimentum.

¶ Nūquid autem peccent reges. p̄ncipes & milites qui ꝓtrahūt hodie ſine bannis? Rñ. Aſten. li. viij. ti. xij. de mente Rod. dicit q non peccant mortaliter: vbi non eſt ꝓſuetum eoꝝ matrimonia banniri. Et qđ dicit in dicto ca. cum inhibitio. nō extendit ad matrimonia nobilium que in eccleſia non conſueuerunt banniri. Idem etiam Hoſti. nō eſt neceſſe banna ꝓponi. quando quis vxorem vocat a remotis & publice mittit nuncios. Sic eñ in facie eccleſie dicuntur contrahere matrimonia. nec erit contra mentem dicte conſtitutionis. Tutius tamen eſt vt in eccleſia ꝓponanſ publice hodie in hoc caſu.

¶ Sed nunquid regulariter hoc ſit preceptum. ſ. q hmōi ſolennizatio fiat in ꝓtrahendo matrimonio. Rñ. Aſten. de mente Rod. q banna & ſolennitates p̄dicte ꝓſuete: dimitti nō debent ſine cauſa. Et q hoc facit: peccat mortaliť. Et hoc verū ſm Pe. qñ illi non ſunt ignari iuris. maxime vbi eccleſie ꝓhibitō ꝓmuniter fuaſ. Secus añt ſi ſunt iuriſ ignari. Ex cauſa añt p̄t dimitti ſm Hug. puta. quia forte vir eſt ſenex & erubeſcit ꝓtrahere cū tanta ſolennitate. Aut accipit ignobilem: cum ipſe ſit nobilis. Aut nobilem: cum ipſe ſit ignobilis. & timet eius parentes. vel forte diu manſerunt: ſicut vir & vxor. Et erubeſcunt modo adhibere ſolēnitatem bannoꝝ & benedictionis nuptialis. Creditť autem q in talibꝫ poſſit ex cauſa p eām diſpenſari: nec ſufficit diſpenſatio minoris p̄lati. Quidam tamen quo ad benedictionem nuptialē dicunt. q cauſa rationabilis eſſet euitatio fornicationis. vt quia ꝓtinere non poſſet maxime vir: quia diu cōtractum erat matrimoniū & nō poteſt ducere vxorem. quia dotem hīe non poteſt: tunc videreť q poſſent ſine tali benedictione ſe adinuicem cognoſcere. Et hoc niſi eſſet ſcandalum in patria. Idem dicendum eſſet ſi terra eſſet interdicta vel hmōi. ō hoc vide ſ. Debitum.

¶ Sed quero an mortaliter peccēt ꝓiuges: totiēs quotiēs alter ab altero exigit debitū ſine cā rationabili ante benedictionem nuptialem. Reſpondeť q non: niſi p̄ma vice niſi nouo ꝓtemptu hoc faceret.

¶ Queriť an diſpoſitio dicti capituli cū inhibitio habeat locum in ſponſalibꝫ de futuro? Rñ. Panor. in dicto. c. cum inhibitio. dicit doctores ꝑcludere ex mēte ſre idem eſſe dicendum. nam ſponſalia in multis caſibꝫ trāſeūt in matrimoniū ipſo facto. vt in. c. is q. de ſpō. Ideo ne occurrat difficultas ꝓtra ꝓhibitōem eccleſie: debet etiam in ſpōſalibꝫ adhiberi hec ſolēnitas. facit. l. oratio. ff. de ſpō. vbi dicit q ꝓhibito matrimonio: videnť ꝓhibita ſponſalia. Ex quo nota. q contrahentes ſponſalia clandeſtine: peccant: & q iudex loci poteſt illa interdicere.

¶ Quid in laicis p̄ſtantibꝫ p̄ntiaꝫ mſimoniis clādeſtinis. Doct. dicūt vt refert Panor. vbi ſ. q ex verbis ſre nō ꝓhendunť ſ ex mente ſic. Eſt g eis imponēda pna ſicut & clericis. Peccāt g tam ipſi ꝓhentes clādeſtine q̄ inteſſentes. ſiue ſint clerici ſiue religioſi. ſiue laici.

¶ Vtr añt hec edicta debeāt ꝓponi in multis eccleſijs. Rñ. Panor. vbi ſ. dicit q ſi volētes ꝓtrahere. & eoꝝ antiqui traxerūt moꝛam in certa parochia: ſatſ ē in illa eccl'ia edicta ꝓponi. Si vo i diuerſis parochijs traxerūt moꝛam: tūc in diuerſis eccleſijs dēt ꝓponi vel in locis publicis. puta. in p̄dicationibꝫ vt verſimiliť poſſint puenire in noticiam eoꝝ: q de impedimētis informati ſunt. Idē refert Abb. q q̄daꝫ epi hoc fuant: vt foꝛenſis nō admittať ad ꝓhendum mſimoniū: niſi habeat ſras teſtimoniales ſui p̄lati. & eſt valde optimū hoc fuare. Nam ſepe ꝓtingit q hūtes vxoꝛes in ptibꝫ ſuis: ſe ꝓferunt ad ptes remotas: & ibi denuo mſimoniū ꝓtrahūt. In multis tñ locis nō fuať hmōi denūciatio. Et ꝓter hoc quero. nūquid dicať clādeſtinum matrimoniū. Rñ. Panoꝛ. vbi ſ. de mēte Jo. an. in addi. Spe. e. t. & Oldra. ꝑcludit q dū modo matrimoniū ſit ꝓtractū in facie eccleſie: nō poteſt matrimoniū appellāri clādeſtinum. Et licꝫ hoc verbū. eccleſia. ſumatur multipliciter vt no. in. c. fi. ne p̄. vi. ſuas. tñ in ꝓpoſito ſumiť eccleſia ꝓ ꝓgregatione fidelium. ꝓtrahens ergo cōram multitudine ſm patrie conſuetudinem nō dicit clandeſtine ꝓtrahere ſ in facie eccleſie. Et hoc habet Panoꝛ. ꝓ indubitato vbi nō eſt conſuetudo q mittantur edicta: ſed vbi eſſet conſuetudo: dubium eſt utrum habeat locum pena. dict. c. cum inhibitio. Si quis contraxerit in facie eccleſie non p̄emiſſis iſtis denūciationibus: creditur tamen q non. Licet glo. in dicto ca. cum inhibitio. ſentiat contrarium quia pena eſt appoſita contra contrahentes clandeſtine. & non contra contrahentes edictis non p̄emiſſis. Et non poteſt dici clandeſtine: exquo in facie eccleſie nemine p̄hibente contraxit. maxime: cum illud ſit officium ſacerdotis. & non contrahentium.

¶ Quid añt dicať mſimoniū clādeſtinū. Glo. in di. c. cū inhibitio dicit q triplicit dī mſimoniū clādeſtinū. Primo cū ñ habeť teſtes. ex eo. c. ij. Secūdo qñ nō fit cum ſolēnitate: q̄ hī. xxx. q. v. aliť. Tercio qō fit ꝑ tenoꝛem huiꝰ ꝓſtōnis. vicz nō p̄miſſa denūciatōe. Hoſt. añt vltra p̄dictos tres modos dat regulam generalē dicēs. q mſimoniū ꝓtum ꝓhibitōz eccl'ie generalem vel ſpālem. explicitā vel tacitam dī clādeſtinū & bz locum pena. d. c. cū inhibitio.

¶ Quid ſi quis audiuit perpetuum impedimētum eſſe inter ſe & vxoꝛem. nunquid tenetur inquirere? Reſpondeo ſm. vv. ſi audiuit a fidedigniſ: & non ſuſpectis: cum non debeat eſſe negligens ſne ſaluti: tenetur inquirere. Alis eſſet

affectata ignorantia que non excusat. Et si concipiat ꝓbabilem opinionem de dicto alicui⁹ nõ debet exigere debitum: licet reddere teneat. Secus si ita inuenerit. s. q̃ esset impedimẽtuz. tunc enim nec exigere nec reddere debet. Facit. c. in ꝗsitioni. de sen. ex. Porro ꝙ tale impedimẽtum audit a viro fidedigno. etiam iurato. aut cõpatre suo. aut a ꝓrio sacerdote. aut publica fama. nõ ita tenet credere q̃ peccet mortaliter si non credat: sed venialiter. Sicut etiam peccare potest qui nimis facili credit.

¶ Nunquid aũt peccat sacerdos vel alius quicũ q̃ sciens impedimentũ: insinuando hoc alteri cõiugam. vel amboꝝ. vel alter alteri. Rñ. fm. v̈v̈. Si ꝓbari non potest: dicendo agit indiscrete: nisi credat q̃ audiens paratus sit in hac parte pitoꝝ ꝓsilio obedire. Si vo possit ꝓbare. et sciat hoc sacerdos parochialis. vel alter ꝓiugum: tenet solenniter ad diuortium agere. nisi de consensu velint cohabitare tanq̃ germani. hũc casum habes s. Cõfessio secundo.

Impedimẽtum secũdo. s. de errore psone.

¶ Quis possit priuilegiũ interꝑrari. Rñ.fm Jo. si ỹba sunt obscura.siue ambigua:tũc eius est interꝑtari cui⁹ est ꝓdere. Et interi negocium suspẽdeꝫ. de sen.ex.inter alia.ꝛ extra de iudi.cum venissent. Si vo non sunt verba obscura vel ambigua. debet tunc diligẽter tenoꝝ ꝓsiderari.vt extra eo. porro.ꝛ.c.recepimus. Et potius insistendum est intentioni priuilegij q̄ verbis.extra de verbo.sig.intelligentia.ꝛ.c.in his. Et q̃ntum fieri potest latissime est interꝓretandus.vt extra de dona.cum dilectus.nisi ꝓiudicet iuri alieno:quia tunc reducitur ad ius commune.extra de consue.c. cum dilectus:dum tamen aliquid operetur. Et ob hoc panoꝝ.super rubrica de regula.querit de notabili.q. que in facto accidit. Statuto ciuitatis senensis caueꝫ q̄ religiosi non possint assumi ad officium cõmunitatis. Demum quidaz qui erat rector hospitalis de misericordia:portans vestem certi coloris cuz cruce in pectore fuit extractus de prioribꝫ. qui prius ante assumptiõem illius regiminis fuit nominatus ꝛ imbussulatus. Dubitabatur nunquid ad id officium potuisset assumi. Et hec questio visa fuit sꝛtis difficilis. Domino pe.de paru. qui tũc legebat in dicta ciuitate. Sed tamen visus est respondisse q̄ existendo in illo habitu non poterat assumi ad illud officium.quia verba statuti debẽt aliquid operari.vnde si intelligeretur statutum de religiosis stricte sumptis. nihil operareꝫ. cum satis sit iure cautum q̄ nec religiosi nec clerici possunt habere officia secularia.extra ne cleri.vel mo. quasi per totum. Et sic statutum debebat intelligi de religiosis largo modo sumptis. Panormitanus dubitat: an hec decisio sit vera. Nam statutũ inhabilitans ad officia est stricti iuris.ergo debet intelligi in stricta significatione.ar. in dicto.c. cum dilectus.de consue.ꝛ in ca.in nra.de iniurijs

Sed certum est q̄ in stricta significatione illi dicū tur religiosi qui ꝓmiserunt tria substantialia regu le. vide glo. Jo. an. in cle. j. de deci. vbi cōcludit q̄ in materia odiosa hoc verbum religiosi debet capi multum stricte nisi addat aliquod verbum generale. vt quicūq; vel hmōi. Nam tunc comprehenderent hospitalarij ꝫm glo. illam. Et intellige de hospitalarijs Dieroſolimitanis qui largo modo sunt religiose persone. cum non possint ꝓtrahere matrimonium ꝛ ꝓmittunt obedientiam superiori. nec possunt retrocedere ab illo statu. vnde istis vel eoꝝ ordini conferunt decime ꝛ ecclesie vt notatur in. c. q̄uis. de deci. Sed isti rectores hospitalium vtentes matrimonio ꝛ deferentes certum habitum non sunt religiosi: nec large nec stricte. vnde tenent Lanō. ꝛ Jo. de li. in cle. ij. de ꝓben. q̄ isti non gaudent priuilegio clericali. nec in reb⁹ patrimonialib⁹: nec in persona. Et sic non video q̄ tales hospitalarij vel alij religiosi impropie dicti comꝓbendant in statutis odiosis. Nec ob. motiuum. d. pe. ſ. ne. puisio sit inutilis. quia dico q̄ vbi statutum loquit in materia iuris ꝓmunis non debent verba ampliari. vt statutum aliquid operet. ꝫ satis est q̄ inducat aliud remedium ꝓter ius cōmune. vt notabiliter sentit Bar. in. l. j. ff. ad. l. fal. nisi ius ꝓmune loqueret impropie. nam si tūc statutum loquat impropie sicut ius ꝓmune. dz tūc statutum ꝓpie intelligi vt aliquid addat iuri cōi. vt notabiliter videt elici ex dictis Bar. in. l. iiij. ſ. ꝓtor. ff. de dam. infec. Infert tū Pano. ad qōem quotidianam. q̄ dispositio odiosa ꝓcepta ꝑ regulares. nō ꝓbendit illos qui nō ꝓmiserūt illa tria substantialia. Et sic isti fratres san. Francis. de tercio ordine. vel isti ieſuati. vel iste mulieres mātellate nō dicunt ꝓpie regulares. Ideo non ꝓhendunt in dispositōe odiosa. Secus videt in dispositione fauorabili: q; largo modo vident sub regula rōne ꝓmissiōis facte supioꝝ eoꝝ. ꝛ hec notabis. hec Pano.

Utꝝ re destructa destruant priuilegia illi rei cōcessa. videt q̄ sic. extra de ver. sig. abbe. xvj. q. vij. ꝛ hec diximus. Quod verꝝ est si eccl'ia vel ciuitas. aut alia loca: siue sacra. siue ꝓphana aucte superioris destruant ꝓpter delictum inhabitantiū. Et de cetero nullus dz vocari clericus illius ecclesie: vel municeps illius loci. ꝛ ille locus priuilegium perdit. extra de no. op. nū. c. ij. ō ꝑse. di. j. placuit. ꝛ. d. ca. ꝛ hec diximus. Si autem ab hostib⁹ destruat: tunc retinet omnia priuilegia sua. ꝛ antiqui clerici remanent ibi clerici. vij. q. j. pastoralis. xix. q. iij. q̄ semel. Et idem est si auctoritate superioris transferat ad alium locum vel alij vniat. extra ne se. va. ca. j. ꝛ de reli. do. quia monasterium. Et si expediat ecclesie vel clericis illius ecclesie facere aliquem ꝓtractum. vel prelatuꝫ. vel quicquid aliud: essent facienda in ecclesia. extra de elec. quod sicut. tamē ꝓpter necessitatē fient alibi. hec no. Inno. ꝛ Do. in. d. c. ij.

Utrum priuilegium amittat p actum ꝓrium. Rñdeo ꝫm Pano. in. c. cum accessissent. de ꝓsti. q̄ in hac materia tot sunt opiniones quot sunt capita. ꝫ sibi placet distinctio Jo. an. aliquib⁹ addictis. q̄ aut priuilegium hz tempus annexum. ꝛ istis dum est tempori determinato. vt. l. quotiens. C. de ꝓci. impa. offe. Quod intelligo nisi ꝓtrahat ante tempus Quo casu dic vt. j. Quando q̄ priuilegium habet in se cām tacitam vel exꝑssam. vt cessante: cesset priuilegium. vt in. c. suggestum. de deci. vbi habet q̄ reuocat priuilegium si ex post facto incipit esse enormiter nociuum: nec reducat ad debitam moderatōem: ꝫ reuocat in totum. q; nō apparet ratio quare magis debeat ꝓsistere in vna parte q̄ in alia. Aut sumus extra istos casus. ꝛ tūc aut priuilegium ꝓcedit circa iudicia. aut circa negocia. Primo casu. aut ad agendū. aut ad excipiendum. Primo casu durat tanto tempe quanto durat actio. vt in. l. si eu⁹. ff. si q̄s cau. ſ. iniuriaꝝ. Si vo dat ad excipiendum tunc est ꝑpetuum. nisi de ꝑhendat in dolo in nō excipiendo tempe quo agitur ꝫ eum. Secūdo casu principali: aut priuilegiū dat ad aliquid opandum: ꝛ perdit ꝑ spacio. x. anno rum si priuilegiatus eo non vtitur. vt in. l. j. ff. de nūdi. vbi dicit q̄ si princeps concedit priuilegiuꝫ ciuitati nundinaꝝ. ꝛ ciuitas non vtit eo p decennium: illud perdit. Et per hoc dicit Bart. ibi q̄ si princeps det priuilegium studio generali docendi. quo ciuitas non vtit per decennium: illud perdit. Hoc tamen non ꝓcedit si confertur ecclesie. vt. j. dicetur. Aut dat ad non faciendum. Et si aliquid reseruauerit sibi princeps. non potest priuilegiatus illi renunciare: nisi quatenus singulariter eum tangit. vt in cap. cum tempore. de arbi. Aut princeps nihil reseruauit sibi: tūc aut fuit cō cessum priuate ꝑsone: ꝛ perdit per vnicam ꝓtrauentionē. Intellige si directe obuiat illi. Et iste est casus. d. c. cum accessissent. Et pondera quod dixi si directe obuiet: quia secus si non directe. vnde si quis habeat priuilegium generale: ne subeat aliq munera publica. vel honores. ꝛ ꝑte acceptauit vnum: nō preiudicat sibi in alijs. nec etiam in illo de si denuo eligat ad illud. vt in. l. voluntarie. C. de exer. tu. nisi acceptauerit decurionatuꝫ. quia ex illo officio assumit ad alia officia. Ideo acceptando illud vī sibi ꝓiudicare. Aut vo fuit ꝓcessum cōi vt eccl'ie. Et tūc non pdit nisi legitimo tpe ꝑscribat. Et iste est casus capituli si de terra. ꝛ. c. accedentes de priuil. Et est rō. q; singulares ꝑsone nō ꝓsit ꝓcedentoꝝ eoꝝ renūciare priuilegio ꝓcesso ecclie. Jō et pectat legitima ꝑscriptio. Idem dic vbi dat priuilegium respectu pluriū ꝑsonaꝝ vel pluriū rer. q; q̄s veniat ꝫ vnū: nō videt renūciare ꝫ reliquum Infert etiam pano. aliud notabile ex illo rer. q; statuentes. vel eoꝝ successores veniunt scienter contra statutum: vident tollere statutū. Ita q̄ vnicum actum ꝫ statutū collegialī factū tollit ꝓpm statutū Quod vident velle Do. ꝛ Jo. an. in. c. ad audientiaz. de cle. nō re. facit ad. q. Bar. in. l. omnes populi. ff. de Justi. ꝛ iu. vbi querit an ꝑ secm statutum tollat primum si in secundo nō fit mentio de primo. Et ꝓcludit q̄ sic. nisi primū hret clausulam derogatoriam ad secm. tūc enī opus est facere mētionem de primo.

Vtrum ille qui est factus ciuis alicuius ciuitatis eo pacto vt collectas ⁊ munera non subiret, sit in suo priuilegio manutenendus. Jo.an.in.c. peruenit.de imu.ec.cōcludit post Goff.q̄ sic.l.j.C.de his q̄ spon.mu.suscē.li.x.¶Et dicit Pano⁹.q̄ hoc p̄uilegium est irreuocabile cum transierit in ꝯctum vel q̄si.de quo vide qđ no.Bart.in.l. qđ semel.ff. de decre.ab or.fa.

An autem domini tpales possint suis subditis concedere priuilegia immunitatis tallear̄ ⁊ exactionum. ℟n̄. Pano⁹.in.d.c.peruenit. singulariter tractat istam materiam:ponendo quasdam ꝯclusiones:quar̄ prima est. Domini tpales citra imperatorem possunt ab omnib⁹ suis subditis talleas exigere in casib⁹ licitis de iure vel ꝯsuetudine approbatis. de cui⁹ initio nō sit memoria. In ꝯtum patz hec ꝯclusio p̄ dicta s̄.in.c. Pedagium. Secūda ꝯclusio.non solum impator ꝛ etiaz dñi inferiores possunt immunitatem talleaz ⁊ exactionum ꝯcedere subditis suis. ¶Differunt tñ in hoc fm Jo. an. Nam si aliq̄s citra p̄ncipem ꝯcesserit hanc īmunitatem:nō est occasione huius priuilegij vniuersitas grauanda. vnde fm eum si locus aliquis ꝯsuenit dño dare.C.libras annuati.⁊ dominus terre q̄busdam habitantib⁹ ibidem immunitatez prestitit dicēdum q̄ sibi p̄iudicare potuit:nō vniuersitati. Debet ergo detrahi ō summa.C.libraz. illa pars q̄ in hoc priuilegiatū ꝓtingebat si priuilegium non hr̄et. Quod aūt restat ꝓportionabiliter singulis alijs imponat.de quo remittit se ad notata in spe.in ti.de censi. Nam si diceremus ꝯtum sequeret iniustum.quia si singuli sic priuilegiarentur:paucis exceptis:sequeret q̄ totum onus illis paucis remaneret.qđ est iniustum⁊ q̄q̄ foret eis impossibile. Si aūt talia priuilegia ab impatorib⁹ ꝯcedant:sunt omnino ſuanda sicut sonant:dummodo motu,ꝓpio p̄ncipis sint ꝯcessa. secus si ambitione vel importunitate petentium sint obtenta. Et hoc casu fm eum p̄t̄ iura intelligi.que videntur hmōi priuilegia ānullare.C.si ꝯ ius vl'vti.pu. l.fi.⁊.l.vacuatis.C.de decu.li.x.cum sq̄. Si tamē q̄ priuilegium p̄ncipis motu ꝓpio ꝯcessum vniuersitatem aliquam leci ꝓtingeret:est sup hoc ipsius p̄ncipis remedium implorandū. p̄ no.in.c. suggestum.ō deci.vniuersitas tñ equanimiter debet ferre modicam lesionem. q̄ nec p̄ modico est restitutio facienda.vt in.c.pe.de re.ec.non ali.per hoc tamen non derogat̄ p̄ncipi.⁊ maxime potestati pape.que quanta sit vide s̄. Papa. ¶Et ex hac conclusione inferunt plura. Primo, q̄ concessio seu priuilegium inferioris non p̄iudicat vniuersitati:ℏ concedenti. Secus in priuilegio per p̄ncipem concesso. Secundo infertur q̄ priuilegium concedens immunitatem non valet:nisi sit motu ꝓpio concessum. Tu dic hoc verum: nisi sit in re scripto apposita clausula. tali lege non obstante. quia cum sit contra legem non valet: nisi in eo de ea fiat mētio.vt no.Bar.in.d.l. vacuatis.⁊ in.d. l.fi. Tercio infert q̄ inferior a p̄ncipe potest in sui p̄iudicium immunitatem a collectis concedere. ꝯ non in vniuersitatis p̄iudicium. Idem ⁊ fortius dic quando veniret priuilegium in p̄iudicium imperatoris.vt in dicta.l. vacuatis.⁊ quod ibi no.glo. ¶Ex his infero ad questionem. An ciuitas possit hoc priuilegium immunitatis alicui cōcedere. ¶Et qđ in decurionibus ciuitatis. Sol. distingue p⁹ Bar.ī.l.ij.ff.de iure imu.⁊.d.l.vacuatis.q̄ aut queritur de ipsis decurionibus:⁊ dicendum vt habet in.l.j.C.de decre.decu.li.x.q̄ doctoribus.⁊ medicis potest per eos concedi. Alijs vo non. ¶Et dic vt ibi. Respectu vo ciuitatis distingue.q̄ aut vult concedere in p̄iudicium domini superioris:⁊ non potest vt notat glo.in.d.l.vacuatis. Aut vult concedere in sui p̄iudicium.⁊ tunc si vult concedere iam subditis non potest.vt in dicta.l.ij.nisi fieret concessio aliquibus ex causa.puta.doctoribus.vel medicis.vt in.d.l.j. Aut vult ꝯcedere non subditis venientibus ad habitandū de nouo in ciuitate ⁊ potest.vt.d.l.ij.⁊.l. pe.ff.de decre.ab or.fa.hoc intellige in ciuitate non habente iura p̄ncipis. nam illa potest sicut imperator. vt notat̄ in ca.super quibusdam.de v̄.sig.

An aūt possit ciuitas imponere collectam. Dic q̄ nō ꝓ vtilitate publica.vt.l.vna.C.de supindi. li.x.ℏ p necessitate ipsius ciuitatis sic. ¶Et idem dic de p̄uincia vt notat Bart.in.d.l.vna.⁊ vide glo. notabilem in.l.j.ff. qđ cuiusq̄ vni. Item qđ dixi q̄ nullus citra p̄ncipem potest remittere collectā in p̄iudicium ipsius p̄ncipis dic hoc vez: nisi ob nimiam paupertatem.tunc em̄ officiales sup exactione deputati p̄t̄ remissionem facere. Ita notabiliter posuit Bart.post glo. in.l.omnes.C.de annonis.li.x. Vltimo no.remediū ꝯ priuilegiū p̄ncipis.vt implorēt remediū ipsi⁹ p̄ncipis.⁊ ponderā.q̄ Jo.an.nō dicit q̄ subditi possint resistere.ℏ p̄ncipi supplicare.

Tercia ꝯclusio q̄ īmunitas sub generalitate cōcessa nulla specificatione facta: neminē excusat ab oneribus patrimonialib⁹ supportandis. Tu vo distingue.vt lati⁹no.Bar.in.d.l.ij.vbi dicit.q̄ vbi q̄s vult plenam īmunitatē ꝓseq̄ dz eam hr̄e spāliter.⁊ distincte.vt fiat mentio de oīb⁹ oneribus realibus.⁊ psonalib⁹.ordinarijs⁊ extraordinarijs. Si em̄ alicui ꝯcederet īmunitas a muneribus simplr̄.non hr̄et īmunitatē a patrimonialib⁹.vt in.l.q̄ immunitatem.C.de mu.pat.li.x.⁊ ibi bona glo. Nec intelligeret de muneribus ordinarijs.ℏ extraordinarijs. vt in.l.hi q̄.⁊.l.sunt munera.ff.de va.⁊ excu.mu. Item nō porrigunt̄ ad honores.vt.l.cui munerꝛ.ff.de mu.⁊ ho. Jō sit cautus q̄ habet priuilegium impetrare.

Quarta ꝯclusio. q̄cūq̄ dic collectas seu exactiones licitas:hoc ꝓbare teneat.vl'p legē. vel senatusconsultū.vel pstōem p̄ncipis.C. de va.mu. pu.l. vnica.li.x.vel p ꝓcessiōz a p̄ncipe exā ⁊ spāl'r impetratā.C.de supindic.l.vnica.l.x.vel p ꝓsuetudinem diuturnaz nō p violētiam.ℏ sponte cōiter ab omnib⁹ approbatam.C.de cano.lar.ti.l.p̄cipit.li. x. Et intellige hoc vltimū q̄n cōsuetudo tendit in fauorem p̄ncipis.vt ibi acquiratur collecta.tunc enim valet consuetudo diuturna modo predicto. Vnde dicebatur in quadam.l. Conradi.

quam hodie non habemus. qđ nostri anteceſſo-
res habuerunt: hīe volum⁹. Illud vo qđ non ha
buerunt nullo mō exigemus. vnde aliud puto. cū
q̄s citra impatorē velit sibi vendicare ius imponē
di talleas ⁊ collectas p ꝓsuetudinē. Nā tunc cum
velit ꝓscribere iura refuata ꝓncipi req̄rit tp⁹. de
cui⁹ inicio nō est memoria. vt in. d. c. sup q̄busdaz.
⁊ hec faciunt ad no. s. Pedagium.

¶ Quinta ꝓclusio. omnes tallee ⁊ exactōnes gene
raliť sunt dānate p noua iura quo ad clericos. vt ī
l. Federici. hac edictali. ℱ. illicitas. ⁊ est ista lex in li.
feudoz. De ista materia clericoz vide diffuse s. ex
cōmunicatione. ix.

¶ An aūt ad ꝓstruendam ciuitatem req̄rať ꝑuile
giū ꝓncipis. Rñ. p no. a doc. in. c. j. de ꝑuil. ⁊ Pa
noz. ibi. q̄ dicit fm Bar. in. l. fi. ff. de colle. Illi. ⁊. l.
ij. ff. de v. sig. q̄ non req̄rit ꝑuilegiū ꝓncipis. ꝛ po
puli de se pōt ꝓstruere ciuitatem. q̄ hoc fm eum ē
de iure gentium. ⁊ hoc vī verꝫ. Nam ante funda-
tōem ecclie. vel creatōz impatoꝝ erant hmōi ciui-
tates etiam apud infideles. Et iō infert Panoz. ex
illo tex. q̄ ad esse ciuitatis nō req̄rit etiam epūs. pt
eñ esse ciuitas ꝛ nō hēat epm. nam vt dictum est
anteq̄ creata eēt hec dignitas epalis: ciuitates iaz
ꝓstructe erāt. Nam ante aduentū xpi erāt ciuita-
tes ⁊ ꝓuincie. xxj. di. cleros: Hoc etiam clare patz
ex. d. c. j. vbi hī q̄ maiores ciuitates dumtaxat pri
uilegio epatus sunt honorande: q̄ sequit q̄ digni-
tas epalis non dz ꝓcedi omnib⁹ ciuitatib⁹: ꝛ soluz
maioub⁹ ⁊ populosis dumtaxat: q̄ alique erunt ci-
uitates q̄ non hēbunt epm. Et ex predictis infert
ad. q. q̄ de facto accidit in ciuitate senaꝝ. vbi ppl's
ſponte ampliauit ⁊ pluries ciuitatem. An illi q̄ ve
niunt ad loca uouiter inclusa gaudeant illomet ꝑ-
uilegio sicut anti q̄: extendendo illam opi. Bart.
q̄ non req̄rit ſpālis lnīa ꝓncipis. Satis pōt dici
q̄ sic. Inno. tū in. c. cum ab eccliaꝝ. de of. oz. tenet
oppositum. ſ. q̄ ad esse ciuitatis req̄rať lnīa ꝓnci
pis. ꝛ primū dictum forte verius. hec Panoz. pos-
set intelligi opi. Inno. vbi talis ciuitas esset hono
randa epali dignitate. vt ꝓmuniter nunc obſuať
in italia nō eñ nunc ꝓstituit ciuitas sine noua cre
atione epalis dignitatis. ad quam creandam ne-
cessario requirit auctas pape. Secus tñ dōm siq̄s
dñs vellet ꝓstruere ciuitatem absq̄ epo. q̄ credo
q̄ posset. Nam xpiani non debent esse minoris
auctoritatis q̄ infideles. ar. c. cū qui. de ꝓbenda.
li. vj.

¶ An autem cuilibet libeꝫ sit renunciare priuile-
gio suo. Respondē. fm Panoz. ex eo. si de terra. q̄
libeꝫ est cuiq̄ renunciare ꝑuilegio suo. dummo
do non tangat ius superioris vel tercij. vnde ꝑui-
legio exemptionis non pōt ꝑuilegiatus renuncia
re sine licentia pape. vt in. c. cum tpe. de arbi. Ītez
priuilegium perdit per sniam ꝓtrariam. p ꝓscri
ptionem. p reuocatōem ⁊ p abusum. xj. q. iij. priui
legium.

¶ An aūt bullatio sit de essentia priuilegij aplici:
Rñ. fm Inno. in. c. ꝓstitutus. de rescrip. ⁊ archi.
⁊ Jo. an. in phemio. vj. q̄ nec scriptura nec bulla-
tio est de essentia. tamen sine bullis non potest ꝓ-
bari sepe apud peritissimos ⁊ subest rō. ꝓpter mul
ta absurda que sequerent pmittendo ꝓbationem
p testes. apud quos difficillimum: imo quasi im-
possibile esset scire omnem continentiam gratie. ⁊
omnem formalitatem tamen non est omnino im-
possibile. alīs in nullo priuilegio pmitteret ꝓbatio
tenoris p testes. qđ tamen pmittit. extra eo. cum
olim. el. j. vbi ex tex. illo habet. q̄ contēta in instru
mento perdito ꝓbari possunt p testes q̄ illud per
legerunt. si deponant de tenoꝛe ⁊ q̄ erat sine vicio
nec est necesse ꝓbare de veritate instrumenti. ꝛ
dicit Panoz. q̄ non est alibi tex. ita clarus. vide ei
am eūdem Panoz. in. c. in nostra. de rescript. vbi
tenet opi. dictoꝝ Jo. an. ⁊ archi. cē. d. q̄ licet scri-
ptura requirat ad ꝓbationem gratie. non est ta-
men de substantia gratie. vnde mortuo papa qui
fecit gratiam: literis nondum extractis. non expi-
rat gratia. ꝛ successoꝛ debet dare lrās faciendo mē
tionem de p̄decessoꝛe. Et ex hoc dicit Bal. in. l. bo
manum. C. de. ll. q̄ si papa verbo ꝓnunciat ali-
quem epm vel abbatem: q̄ statim facta ꝓnuncia
tione: ille sic ꝓnunciatus: epūs est seu abbas: non
tamen debent isti recipi p prelatis: nisi gratiam p
bent per lrās aplicas. alīs tam gerens q̄ canonica
eum recipientes: incurrunt penas graues. vt ha-
bet in extrauaganti Bonifa. que incipit. Inuni-
cte. ⁊ in hoc multi errant. Idem Cal. Infert enim
Panoñ. in. d. c. cum olim. ex illo tex. aliud valde
singulare. q̄ ꝓtra petentem innouationem alicu-
ius priuilegij seu instrumenti. potest quis de cui⁹
preiudicio agit se opponere. ⁊ impedire innova-
tionem si ꝓbet de iure suo. Et quia hoc tendit in
ꝓiudicium alterius. nunq̄ debet innouari priuile
gium. sine instrumentum. nisi citatis illis quoꝝ
interest. ⁊ si non apparet de interesse alicuius. de-
bet fieri edictum generale. vt quicunq̄ putauerit
sua interesse. compareat ad contradicendum. Di-
cit tamē Panoz. in. c. ex parte. extra eo. ex illo tex.
q̄ quando innouatio priuilegij fit p eum qui po-
test de nouo illud concedere: non est necesse citare
aliquem ad contradicendum ipsi innouationi. ni
si hoc velit facere ad cautelam. sicut communiter
fit in curia: non solū in innouatōne priuilegioꝝ. ꝛ
etiam quando fit transumptio alicuius priuilegij.
Secus autem si innouatio fit per inferioꝛem. quia
non valet tunc transumptio. seu innouatio nisi ci
tata parte. seu premisso edicto generali. de quo vi
de in. c. Albericus. de testi. Ista tamen innouatio
nullum ius tribuit de nouo. etiam si fiat ab habē
te potestatem de nouo concedendi. quia in dubio
non videt de nouo velle concedere: ꝛ hius nouum
si quod competit confirmare. vt in. c. cum dilecta.
de confir. vti. Et ideo si originale erat sublatum.
ita ⁊ innouatum. Et predicta nota. quia veniunt
multotiens in practica. Nam multotiens fiunt
transumpta ex originalibus bullis apostolicis. ⁊
nullam fidem in iudicio faciunt. nisi fuerit citata
pars. vel nisi ꝑmissum fuerit edictum generale. sal-
tem in valuis ecclie. Et ideo necesse est vt in hmōi
transumpto fiat mentio de hmōi citatione. vel
edicto.

Quare aũt reḡrat hmõi citatio. Rñ. panor. in dc. albicus. q̃ hoc est: q; in hac innouatõne subest magnum piculũ: z nõ mn9 q̃ qñ testes examinant. imo maius cũ instr̃m vel priuilegiũ posset eẽ falsum latent. z index z notari9 defacili nõ ppendent icũ nõ sint de materia informati. Jõ dz vocari is cui9 int̃est: vt se opponat si velit. als exemplũ nõ valebit. Hoc tenent doct. cõiter in. d. c. albic9 z legiste maxime. Bar. in auc̃. si q̃s. C. de edendo z Spe. in ti. de instru. edic. Et doct. de rota. Et in hoc multi errant. facientes solum exemplari p notarium aucte iudicis. Et plus dicit Inno. in. d. c. albicus. q̃ etiam si sit instr̃m qđ alium spāliẽ non tangat: vt priuilegiũ vel indulgentia z sic nõ est spã lis aduersari9. dñt tñ p edictum solẽniter citari q̃rum int̃esse possit. Als nõ valebit exemplatio. nisi fieret p illum q̃ ipm̃ pcessit.

Dz q̃ro. nun q̃d facta publicatione p̃sumaṫ q̃ ps fuerit citata. vel q̃ edictum emanauerit: cũ tractu tpis obijciaṫ q̃ nõ fuerit vocati quox inferat. Quidam dicũt q̃ dñt p̃sumi omnia solẽnit̃ facta. l. j. z l. optimam. C. de ẽben. stip. Alij dicũt q̃ si in publicatione ptineaṫ eos vocatos p̃sumit̃. Als secus. Host. ponit terciã opinionem distinguẽtem int̃ tpus z tpa. Nam si publicatio fuit facta ita de recenti q̃ vtens ea põt defacili solẽnitatem pbare sibi incũbit onus pbandi: nisi exprimaṫ in publicatõne. q̃ solẽnitas fuit fuata. Si aũt factũ est ita antiquũ vt impossibilis reddaṫ pbatio. tũc oia p̃sumunt solẽnit̃ acta. ẞ Panor. dic̃ se putare q̃ nullus dox bene dicat. Primo eñ dic̃. q̃ tumcũq; in publicatione dicaṫ. q̃ ps fuit citata. nõ staṫ his vbis enunciatiuis: q; qñ aliq̃d enunciaṫ in instro qđ non põt inuenire tpe pfecti instr̃i: vba enũciatiua nõ faciũt fidem. vt in. d. auc̃. si q̃s. Item solẽnitas extrinseca nõ p̃sumit̃. etiam si longissimum tp̃s sit p̃teritũ: nisi alia p̃sumptio adsit. l. quecũq;. ff. de publicia. Potuit eñ clam q̃s facere publicari instr̃m falsum. z sp illud tenuisse in archa. Non est eñ q̃d pti imputeṫ si non p̃dixit. Non ob. d. l. optimam. q; loquit̃ qñ aliq̃d enunciaṫ inter ptes. tunc eñ in p̃iudicium ptium illud enũciatum p̃bat: ex quo est de substãtia actus q̃ agit̃. ẞ in casu nr̃o alteram ptem nõ appet fuisse p̃sentem. Secus si in publicatione diceret̃ q̃ ps fuerit p̃ñs. q; tunc tractu tpis p̃sumeret̃ citatio: ex q̃ fuit p̃ñs publicationi z nõ p̃dixit. Non ob. rõ Mo. q; debuit de reqsitione facere pfici instr̃m. vt in. c. significauit. de testi. z tenere illud sicut exemplare. vidi tamẽ in hmõi exemplatione solum fieri mentõez de hmõi citatione seu edicto. z hoc videṫ sufficere. licet tutius esset vltra hoc etiam fieri de hmõi citatione publicum instrumentum.

Dz querit̃ q̃s possit p̃stare hanc auctem ad exemplandum hmõi priuilegia. Panor. in. c. si instra de fi. instru. fm Jo. an. dicit. q̃ vicarius generalis episcopi hoc poterit. ex quo dz ordinariam iurisdictionem. vt in. c. tua. de off. vica. Multo ergo fortius eps.

An aũt officialis foranꝰ q̃ dz delegatã. vt no. in cle. ij. de rescriptis tñ dz eam ad vniuersitatem causax: hoc possit. Dicit Panor. quo ad hunc casum hoc non potest.

An aũt oporteat ordinarium hẽ administratõnem. Host. dicit q̃ sic. ẞ ipse Host. aliter sentit in summa z refert Spe. dicere publicatiõem instrumenti posse fieri coram defensore ciuitat̃. vt in auten. de defen. ci. §. ẞ neq;. coll. iij. z coraz ordinario etiam administratõem nõ hñte. z coram delegato ab ordinario administratõem habente. ẞ Jo. an. in addi. spe. dicit q̃ vbi hoc fieret de pcordia ptiũ ,pcederet illud dictum Hosti. vt sufficiat auctas ordinarij administratõem non hñtis. Als secus. Cum sit necessaria citatio. d. c. significauit. q̃ fieri nõ p̃t p ordinarium administratoz nõ hñtem.

Quis aũt debeat hmõi priuilegia inspicere z testificari q̃ dictũ priuilegiũ omni vicio careat. Rñ. fm panor. q̃ index dz diligenter inspicere dicta priuilegia z si in nulla pte viciosa repperit. dz mandare p p̃sonam publicaz exemplari. Et ex hoc infert ꝑ practicam hodiernam. Naz tabellio q̃ transcribit attestaṫ q̃ ipse diligenter inspexit. z nullum vicium repperit: qđ est officiuz iudicis z nõ tabellionis. vt colligit̃ i. d. c. si instrumẽta. Et iõ debẽt dicere q̃ index diligenter inspexit. z nullo vicio reperto mandauit sibi vt exemplet. z est vtile si notarius vult. etiam attestari de suo sensu. q̃ etiam sibi videbaṫ omni vicio carere. Et ita seruaṫ de cõsuetudine.

An aũt ad hmõi exemplatõem requiranṫ plures notarij. Rñ. fm panor. in. d. c. si instra. q̃ vn9 solus sufficit cum aucte iudicis vt dictum est. Et hoc pbaṫ p tex. in. d. c. si instra. ibi p publicam p̃sonam in singulari. z p illum tex. Jo. an. z Spe. reprobant opinionem quoz̃dam q̃ tenuerũt reqri quatuor seu tres tabelliones. qđ est falsum: vt ibi vides. licet hoc sit cõmendañ. ad maiorem cautelam. maxime qñ fit in abñtia ptis. Et p̃dicta no. q; pulcra. Dicit tñ panor. in. d. c. albic9. q̃ p̃dicta intelligunt qñ alius notari9. s. q̃ nõ scripsit priuilegium vel instr̃m. vult exemplare. nam tũc reqrit̃ p̃dicta solẽnitas. Sec9 si ille notarius q̃ fuit rogatus de instr̃o vult exemplare. nam tunc nõ reqrit̃ alia solẽnitas: q; vnũ vi instr̃m. licet multa sint exempla. vt no. doc. in. d. c. si instra.

Qualiter aũt ꝑhendaṫ falsitas ipsius priuilegij seu bulle apostolice. Dic multis modis. Primo si bulla falsis lr̃is apponaṫ. Secõo si filum ex vera bulla exhaṫ ex toto. z p aliud filum immissum falsis lr̃is inseraṫ. Nam foramen vere bulle subleuaṫ supius z inferius cum subtili instro: z sic exhibit filum de vera bulla z immittit̃ filum falsis lr̃is z vt nihil appeat falsitatis: foramina subleuata cũ parno malleo leuit̃ ptũdunt̃. Tercio scindit̃ filum ꝑplicatura vere bulle. z sic extrahit̃ filum de vera litera. quo facto ipsum filum scarpit̃ z postea immittit̃ filum falsis literis ad modum primax replicatis. z filo simulis canapis restauraṫ scissura. Quarto. quasi simile secundo subleuatur foramen vere bulle ex superiori parte tñ. sed vt inferiori non tangit̃. subleuato vo foramine superiori bulle. scinditur altera pars fili pendens quasi in medio bulle.

quo facto pars scissa de bulla extrahit. ipsa bulla sustentata cū altera pte fili que remanet integra. z immisso summo ptis incise p foramina plicature e falsē lre reuertit ad locū vnde exiuit. z postea foramen bulle cū malleo ptūdit. Quinto cū lris bullatis z redditis in eis aliqd p rasuram tenuem īmutat. Sexto cū vera carta vniuersal' abolita cū vino z aq̄ z hmōi. z eadem carta cum calce. furfure z alijs simulib⁹ dealbata: de nouo rescribit fm artificium psuetū. Septimo. cū carte: cui fuerat apposita vera bulla: totalit abolite z abrase. alia subtilissima carta eiusdem quātitatis: pscripta cū tenacissimo glutino pungit. Octauo q̄ q̄s apud sedem aplicam pstitutus nō de manib⁹ d. pape. vel bullatoris sui vel alterius ad hoc officiū deputati lras recipit. Nono. cū q̄s accedit ad bullatorem z falsas lras caute pjcit: vt dicte falsē litere cum alijs sigillent.

¶ An aūt pulegium pcessum p̄ī trāseat in filios. R°. fm pano. in. c. licet. d cenſi. post Ay. in. l. ij. C. de epi. z cle. q̄ q̄nq; pulegiū pcedit rōne dignitatis innate. q̄nq; respectu officij seu pfessiōis. q̄nq; respectu necessitatis. Primo casu trāsit in filios vt in. l. femine. ff. de sena. Nam si p̄ nobilitat rōe dignitatis. hoc pulegiū trāsit in filios. de q̄ dōm vt no. in. l. j. C. d digni. li. xij. z in. d. l. femine. z ibi gl. dat exēplū d' vxore q̄ coruscat radijs mariti q̄diu marit⁹ viuit. vl' donec trāseat ad scōas nuptias vt si efficiat vxor senatoris efficit nobil'. lz pus fuerit ign̄bil'. Ptofort⁹ filij nobilitāt ex nobilitate p̄is Secundo casu trāsit in filios legitimos p̄e viuente. Tercio casu nō transit in filios etiaz p̄e viuēte vt dicit glo. in. d. c. licz. Exemplū est in tex. de ceco q̄ non tenet ad collectas seu munera psonalia. nec extraordinaria. secus ordinaria. de q̄ vide in. d. c. licet. Ludo. aūt ro. in suis singularib⁹ querit an ciuilitas vni pcessa p pulegiū transeat ad heredes. Et dicit q̄ aut ciuilitas est variabilis z nō transit. aut inuariabilis z transit. vt. l. libertus. §. p̄is. ad munici. Item immunitas pcessa tibi z filijs tuis intelligit vt etiam filij illam habeant viuente patre. vt no. Bart. in. l. gallus. §. Quidam recte. de li. z po.

¶ Concedo tibi ius hauriendi aquam vel portandi ad fundum tuum: vel vbi vis. An hec q̄ fruitutis transeat ad heredes. Ludo. ro. dicit q̄ non. quia est psonale. z non reale. vide tex. vnicum in iure in. l. pe. ff. d f. ru. p̄. Cui⁹ p̄ium dicit ibi Bal. se rndisse anteq̄ vidisset tex. illum.

¶ Pone puteus fuit toti vicinie. indiget repatione. vnus nō vult ptribuere. renūcians pmoditati dicti putei vt emitet pributō3. An hoc non obstante pellat ptribuere. Ludo. dicit q̄ sic. Ita mirabilit determinat spe. in ti. de censi. Idem Bal. in l. cum fructuari⁹. ff. de vsufr.

¶ Dz q̄d cum aliq̄s allegat z oñdit pulegium. ff non fuat ei. R̄n. fm Do. nō dz isti imputari. vt ff. cōmo. l. ad eos. Non ob. si obijciat q̄ non fuit vsus. vel q̄ p̄ium factum est. Quō enī vtet q̄s pulegio. si eo vti non pmittit. nisi forte sn̄ia ferret contra eum: z non appellaret. vt extra de re iudi. suborta.

¶ Quando pulegium debeat reuocari. R̄nō. fm Hosti. Non decet q̄ reuocet sine cā. Dz cuz cā z pōt z dz reuocari. vt puta. si aliq̄bz religiosis pcessum sit pulegiū de non dandis decimis. ppter eoz pauptatem. deinde ditati sunt. ita q̄ etiaz dō do decimas possunt comode sustentari. z nō dando enormit ledunt parochiales ecclesie: debet cessare pulegium. extra de deci. ca. suggestum. z. c. nuper. Item si quis non seruat pulegia superioris concessa subditis. etiaz ipsius pulegium merito reuocat. extra de priuil'. dilecti. Sed nota hic. q̄ si superior ex certa scientia confirmauit pulegium pcessum ab inferiori: non potest reuocari p inferiorem. xxv. q. ij. pulegia. el. j. z. ij. z. c. se. Itē fm Hostien. imperator vel rex: pulegium concessum ecclesie. z per. d. papam quem constat superiorem esse omnib⁹ ex certa scientia confirmatum. non poterit reuocare. De hoc vide §. Juramentum. ij.

¶ Quando autem pulegia habeant effectum suum: vel statim cum bullata sunt. vel cum ad noticiam pulegiati peruenerit. vide supra. Indulgentia.

Probatio. Vtz scriptura antiquoz librozz faciat fidem. Respōdet Pano. in. c. cum eām. de pba. de mente Jo. an. z Hosti. q̄ sic. Et hoc in libris refuans in custodia publica z fideli. p hoc optime facit ca. ad audientiam. de p̄scrip. z ibi doct. q̄ talis scripture faciunt fidem si reperiunt in camera cardinalis. vel episcopi. Sed Pano. hec dicta non admittit indistincte. Quid enī si eps p̄tendēs aliquod castrum per alium detentum pertinere ad ecclesiam suam: scripsit in aliquo libro ecclie illud castrum ptinere ad eccl'iam z successiue multis temp⁹ib⁹ ille liber fuit detentus in camera epi: dicem⁹ ne q̄ pbabit dominiū castri cū grauissimo p̄iudicio possessoris. ō. c. Inter dilectos de fi. instru. vbi nō credit antiq̄ssimis pulegijs ecclie si sigilla consumpta sunt. aut al's enormē fracturam patiant. Dico g̃ q̄ aut agit de nulli⁹ p̄iudicio. z tūc scripture librozz antiquoz. vel scripture lapidum faciūt fidem: q̄ tunc sufficiūt pbationes nō plene. Pone exemplum si dubitat an eccl'ia sit pfecrata. vel infans baptizatus. vel simile. Idem puto vbi factum est antiq̄ssimum. z agit de modico p̄iudicio ar. optimū ex dicto tex. ad audiētiam. Et pōt dici expressum. Non enī trī dicit ibi de libris reptis sub custodia publica z fideli. ff indistincte p libros antiquos: q̄ cum agat de modico p̄iudicio. necessē interesse bursale. nō est verisimile q̄ q̄s scripsisset falsum. vel q̄ ista scriptura tanto tempe fuisset tolerata si non otinuisset veritatem. Modicum aūt est p̄iudicium q̄ iste epat⁹ hēat: vel ille. Nūq̄ agit de magno p̄iudicio: z tunc. aut est talis liber vel scriptura: cui ab antiq̄s nr̄is cōiter creditū est vel reperit in loco vbi solū fuant scripture autentice. z facit plenam fidē. Et est tex. notabilis in. d. c. ad audientiam. Ex his infero q̄ istis libris hy-

storialibus seu cronicis quibꝫ a maioribꝫ nostris fides cõmuniter adhibita est: credere debemꝰ. vt notat Bar. in l. j. ff. si cer. pe. ¶ Hinc etiaz est qꝫ dicta Aristotilis Ypocritis z similiũ: fidẽ faciunt. qz cõmuniter in omnibꝫ studijs recepta sunt. ¶ Idem de libro feudoꝝ prout notat Panor. in c. fi. de feu. Aut est talis liber seu scriptura: cui cõiter a maioribus nostrꝫ creditũ nõ est. nec reperiť in loco vbi seruanť scripture autentice. z talis scriptura seu liber facit adminiculũ seu pſumptionẽ: nõ autẽ plenam ꝓbationẽ. ¶ Hoc ꝓbatur a contrario in. d. c. de ꝓse. ec. ¶ Itẽ dicit glo. in. d. c. cũ causam. qꝫ creditť instrumẽto ꝓducto ex archiuo publico. ¶ Et est archiuus locus in quo reponunť scripture publice. ¶ Et fm Panor. ꝓ hoc dicto facit. d. c. ad audientiã ¶ Itẽ dicit glo. qꝫ creditť scripture sculpte in aliq̃ columna vel lapide. Panor. hoc intelligit in nõ tendentibus in alicuiꝰ ꝓiudiciũ. ¶ Nam aliqñ faciunt plenã fidẽ. aliqñ adminiculanť fm qualitatẽ loci vbi reperiunť z fm quantitatẽ ꝓiudicij. vide in. l. monumẽtoꝝ. C. de reli. z sump. fu. vbi dicitur qꝫ sculpture monumentoꝝ seu sepulcri minime prohibant ꝓpter pietatẽ ipsius. ¶ Glo. etiã ibi colligit qꝫ admicula z si non plene ꝓbent. coadunata tñ faciunt plenas ꝓbationes. ¶ Illud qõ si. nõ ꝓsunt singula multa iuuant.

¶ An autẽ hoc sit verũ indistincte vt ꝓbationes impfecte cõiunganť ad faciendã plenã ꝓbationẽ Videť essi qꝫ nõ. ¶ Nã singulares testes nihil prohibant. vt in. c. licet. extra de ꝓba. z multa impfecta nõ faciunt vnũ pfectũ. vt in. c. quoꝝundã. cũ glo. xxij. dist. ¶ Do. aut ꝓbationes diuerse tendnut ad vnũ. aut ad diuersa. ¶ Primo casu sunt commiscibiles. z si sunt sufficientes ad iudicis animũ inducẽdum ad plenã credulitatẽ: inducũt etiã plenã probationẽ. ¶ Et hoc ꝓcedit siue sint eiusdẽ generiſ siue diuersi. vt vnꝰ testis cũ fama. iuxta nota. in. c. j. de appe. ¶ Idẽ dicit in alijs ꝓsumptionibꝫ z adminicul'. cũ vno teste de visu vel pluribꝫ de credulitate probant. ¶ Secũdo casu cũ tendunt ad diuersa: tunc non sunt cõmiscibiles. ¶ Exemplũ in pluribꝫ testibꝫ singularibꝫ. ¶ Idẽ videť si aliqui testes deponãt de mutuo. ꝙ nõ ꝓfecte. z aliqui de cõfessione mutui. z nõ ꝓfecte. vt nõ coniunganť ad faciendã plenã ꝓbationẽ. quia mutuũ z cõfessio sunt diuersa. nec tendunt ad vnũ totũ faciendũ. cum sepe sit vnũ sine reliquo.

¶ An autẽ ꝓuata scriptura q̃ scribiť inter pñtes que vocať apoca: vel apodisia faciat fidẽ. Panor. in. c. ij. de fi. instru. cõcludit qꝫ si talis apodisia hz subscriptionẽ ptiũ z testiũ. tũc facit fidẽ. ¶ Secus q̃ si tñ habeat subscriptionẽ partiũ aut testium. aut nullum istoꝝ.

¶ An autẽ dicta scriptura debeat cõtinere diẽ. locum. annos dñi. z hmõi. Bar. in. l. cũ tabernã. ff. eodem queſijt. ff. de pig. tenet qꝫ nõ. ¶ Et hoc limitat Panormita. quãdo agitur de solo preiudicio scribentis.

¶ An autem litera missiua: aut lbã rationũ mercatoris faciant fidẽ. vide in. d. c. ij. ꝓ Panor. z multa similia.

¶ Promissio. vide supra iurare in fi.

Purgatio post partũ.

Vtrũ post partũ debeant mulieres abstinere ab ingressu ecclesie. ¶ Rñ. si intrare velint ecclesiã ad agenduz gratias: nõ peccant nec sunt ꝓhibende. ¶ Si tñ ex veneratione volunt aliquantulũ abstinere: deuotio eaꝝ nõ est improbanda. ex eo. c. vno.

Questuarij.

Vtrũ sacerdos teneať admittere istos questores elemosynarum. vt sancti Anthonij vel sancti Ber. z hmõi. ¶ Rñ. fm Panor. in. c. cũ ex eo. de pe. z re. vbi cõcludit post doc. qꝫ aut nõ habẽt literas apostolicas vel dyocesani. z tunc nõ teneť. nec debet eos recipere ꝓ tex. ibi admitti ꝓhibemus. ¶ Aut habent literas z tunc si sunt vere z non suspecte: tenetur eos admittere. ¶ Secus si sunt false vel suspecte. quia tunc põt consulere epm. ¶ Et idẽ dic de epo qñ isti deferunt literas apostolicas. vnde epi possunt illas examinare: an sint false. ¶ Et ido solet epi facere statuta. vt nulla lra apostolica admittatur sine ipsoꝝ cõscientia z examinatione. ¶ Caueat tñ eps ne hoc faciat in fraudẽ. Alis puniret. vt in c. dilecti z in. c. q̃nto. de ꝓbat'. ¶ Et ꝓdicta ꝓcedũt in istis questoribꝫ q̃tũcũq; sint etiã exempti. ¶ Et hoc intellige qñ volunt petere noĩe hospitalis: aut monasteroꝝ. secus si ꝓ seipsis. ¶ Nã tunc pñt admitti sine literis. ¶ Itẽ isti questores non pñt ꝓdicare nec aliquid ꝓponere. petẽdo elemosynas. nisi qđ in literis cõtineť. ¶ Et hoc fuit statutũ. qz ipsi solebant ꝓponere multas abusiones z dicere multa mẽdacia. ¶ Et maxime cõmutãdo vota z absolueñdo a pena z a culpa. ¶ Et hodie ꝓuisum est qꝫ excedẽtes in talibus ꝓ epm loci puniri pñt. vt in cle. ij. z de pe. z re. ¶ Itẽ isti questores elemosynaꝝ debent esse modesti z discreti. nec debẽt hospitari in locis incongruis. nec portare falsе religionis hitũ. ¶ Et si tales sunt: eps põt eos punire tanq̃ excedẽtes in eius territorio. vt in. d. cle. ij. ¶ Et si ꝓpter eos impediret inq̃sitionis officiũ: possunt ꝓ inquisitores cõpesci a pdicatione. vt in. c. vt officiũ. de hereti. li. vj.

Religio. j. cõmuniter.

Vtrũ religiosus peccet trãsgrediendo ea q̃ sunt in regula. ¶ Rñ. fm Tho. scõa scẽ. q. lxxxvj. votũ ꝓfessionis respicit ꝑncipaliter tria. s. obedientiã. pauptatẽ z castitatẽ. ¶ Et horum trãsgressio obligat ad mortale. ¶ Alioꝝ aũt trãsgressio nõ: nisi ꝓpter cõtemptũ regule vel ꝓpter ꝓceptuz a plato oretenus factũ: siue in regula expssum. qa hoc esset facere ꝑ votũ obedientie. sicut reperiť in regula fratrũ minoꝝ. vbi ꝑter illa tria substantialia sunt multa alia ꝓcepta. z quedã alia eq̃pollentia ꝓceptis. q̃ oĩa obligant ad mortale. vt patet in cle. exiui. de v̄. si. ¶ Nõ sic in alijs regulis. ¶ Ille autẽ qui ꝓfiteť nõ vouet seruare oĩa q̃ sunt in regula tãq̃

obligatoria.quia q̃si obligaret ad impossibile. sed vouet regulare vitã:que essentialit cõsistit in p̃dictis trib vel fm q in regula ponunt.put dicit clemens in.d.cle.q ad p̃silia euãgelica fratres minores tenent vt ad p̃cepta vel vt ad consilia ,put ponuntur in dicta regula.

¶ Quid de his que lucrat monachus fugitiuus seu apostata. Rñ.totũ monasterio suo lucratur. xviij.q.ij.abbates.etiaz fm Inno.si vetante monasterio acquirit.vt.ff.de acquir.re.do.l.etiã. Sz fm eundẽ si monach⁹ sit electus:ea q lucrat: nulli acq̃rit.nec valet contractus eius.Et addit.posset tamẽ dici q acquirit epo:a cui⁹ iurisditione nõ est absolutus.

¶ Vtz religiosi succedãt in bonis parentũ. Rñ. quo ad frẽs minores nõ.per cle.exiui.de v.si. Alij vo sic.aut ex regula.aut ex ꝓuilegio.nec pentes possunt eos exheredare:q̃uis duz laici fuerint in causam ingratitudinis incidissent.vt.C.de epi.z cle.l.deo nobis.xix.q.iij.c.fi. Religiosis p̃cipit in virtute obediẽtie.vt sub interminatione maledictionis eterne ne in sermonibz detrahant p̃latis: vel retrahant aliquos ab ecclesiaz suaz frequẽtia vel indulgẽtias indiscretas ,pnuncient.z ne retrahant testatores a restitutionibz vel legatis matricibus ecclesijs fiẽdis.nec legata vel debita aut male ablata incerta:sibi vel suis ordinis fratribz vel cõuentibus in p̃iudiciũ aliox fieri vel erogari ,procurent. Nec absoluãt quẽcz in casibz reseruatis pape vel epo.hec in de.religiosi.de ꝓuil'.z ibi dicit glo.sup v.aliox p̃iudiciuz.i.quibz dare debebant vel dare volebant.Archi.autez flo.in sum.hoc limitat:q̃ religiosus hoc facit ex odio vel maliuolẽtia. Secus si facit vt sibi vel amico suo magis ,pideatur q̃ illi.puta.testator voluit legare tibi.C.et ego rogo vt leget magis mihi vel alteri psone mihi dilecte.z ille sic facit:talis fm Pe.de pal'. in q̃rto.nulli tenet.quia nulli auferet suũ. Mã illi nullũ ius erat acquisitũ.quia nemini facit iniuriã q̃ vtitur iure suo.hec ille.licet frater Aluarus teneat q peccet mortalit z q teneat ad restitutionẽ.

¶ An autẽ papa possit dispẽsare in voto cõtinentie vel religionis.vide s. Papa.

¶ Vtrũ religiosus factus epus absoluatur a voto pauptatis z obediẽtie. Rñ.fm Tho.sicut nõ absoluitur a voto cõtinẽtie:ita nec a voto pauptat'. quia nihil debet hẽ tancz ,priũ:z sicut dispẽsator bonoz ecclesie. Dic'r nõ absolui a voto obediẽtie z p accidens obedire nõ tenet.si superiorẽ nõ habeat.sicut z abbas monasterij. q tñ nõ est a voto obedientie absolutus.

¶ Vtrũ religiosus possit esse iudex. Rñ.simplex religiosus iudex eẽ nõ põt.vt.ff.de iudi.l.cũ ptor. in glo.Guardiani aũt minoz vel pores p̃dicatoz bene pñt esse iudices delegati. Juxta nõ.q doc. in c.statutũ.de rescriptis.li.vj.

¶ An autẽ religiosi possint esse arbitri vel arbitratores.vide s.Arbiter.

¶ Vtz religiosus possit esse executor testamẽtoz Rñ.si est ordinis minoz nõ põt esse executor testamentoz z bene põt cõsulere.vt in cle.exiui.de v.si. Si autẽ est alterius ordinis nõ põt nisi super hoc petita licentia z obtenta a superiore suo.vt extra de testa.religiosus.li.vj.talis q̃z etiã si sit exempt⁹ vel p̃latus tenet reddere rõnẽ ordinario.z ordinarius tenet exigere.vt in de.religiosis.de testamentis.Adde tñ p̃dictis q ad frẽs minores qõ notat Bar.in tractatu minoricaz.vbi dicit. q frẽs minores nõ pñt esse executores qñ vicẽ heredũ sustinent.Idẽ quãdo distributio pecunie est fienda ut alios a suis ordinibz.Secus g si relinqueret pecunia distribuẽda in necessitates fratrũ arbitrio tal' fratris.q tale executionis officiũ implere põt herede sponte soluẽte. Fiet enim administratio pecunie p executores alios vel heredes.Et ipse frat arbitrabit. Hoc enim statui eoz nõ repugnat.Et rationes cle.exiui.cessant. Idem dic si pecunia sit distribuenda in sorores z moniales monasterioz q regunt p ipsos frẽs.Et benedictus.xij.in cõstitutionibz ordinis hoc videt exp̃mere. Idẽ dicendũ est qñ sola psonaz electio ẽ fienda. Mã qñz committit eis aliqd executõnis officiũ.in quo nullum litigiũ z nulla pecunie dispẽsatio:seu administratio vertit. Verbi gra.q.x.florẽ. expendant in.x. pauperibz.videlicet vn⁹ florenus,p q̃libet.z q tales pauperes eligant p frẽs minores. Dic enim nullum fiet litigiũ. Itẽ nulla distributio pecunie. Mã testator ipse distribuit.z p fratrẽ fiet sola electio psonaz.Et in hoc casu etiã cessant rõnes cle. Item ex hoc nullũ ius fratribz ipsis acquiritur. Ista enim noiatio est meri facti. Qd pz quia cadit in deputatũ.q non est capax eoz q sunt iuris ciuilis.vt in l.cũ pi.§.pi.ff.de le.ij. Hoc enim si fideliter fit tutꝰ ẽ. Ipsi enim ,pter secreta q audiũt in cfessionibz melius cognoscũt paupes verecũdos q̃s alij.nec hoc est malũ:nec hz spẽm mali. In alijs aũt executionibz pñt frẽs dare cõsiliũ:siue determinate,siue indeterminate petat siue de psonis siue de q̃ntitate nisi talis esset ingressurus religionẽ eoz.q p regulam eoz nõ pñt eis dare cõsiliũ. z ad deũ tumetes enim mittant.

¶ An autẽ cui executio z distributõnis officiũ est iniunctũ in testamẽto cũ cõsilio fratrũ minoz debeat eoz p̃siliũ inq̃rere. Rñ.q aut testator iniũxit q̃ fiat cũ cõsilio fratrũ.eo casu q ipsi frẽs nõ pñt esse executores.z de vbanitate dz eoz cõsiliũ requiri non de necessitate.Aut eo casu q ipsi frẽs pñt esse executores:tũc debet eoz cõsiliũ req̃ri. Non obl. ticiũ z meniũ.ff.de admi.tu.q ibi loquit in tutore cui⁹ ptãs est a lege.lz a testatore det.hic loq̃mur in executore cui⁹ ptãs est ab hoie sicut ptãs ,parato ris.hec Bar.vbi s. Vide s.in.c.Consiliũ.de hac materia.

¶ Quid autẽ si religiosus fuit creatus executor.et executus est absq cõsensu superioris. An gesta p eũ valeant. Dic fm Fede.de se.q valent.licet nõ consentiat superior.dũmodo nõ p̃dicat. Mirabile dictum.Et dũs an.de hoc facit maximũ festũ. Idez Audo.ro.in suis singularibz. Sed hoc videt ꝓtra determinata p doc.in.c.ij.de testa.li.vj.vbi habet

q̄ acceptatio officij executionis vel executio facta p religiosum nō petita z obtenta licentia superioris est ipso iure nulla. Nā negatiua p̄cedens verbuz potest, put est ibi reddit actū de iure impossibilē. z necessitatē importat. vt vult glo. in regula. pōt. in. vj. Nec fm glo. in cle. j. de testa. sufficit licentia tacita. Bar. tū in. l. vniuersis. C. de cu. li. x. videt tenere dictā opinionez. videlicet q̄ facta executio teneat. De hac materia vide infra Restitutio. xv. z Testamentū. iij.

¶An autē guardianus vel prior q̄ suis subditis possunt dare hanc licentiā: teneant ipsi si deputēt executores petere licentiaz a suis superioꝝ?. Vide supra in simili Excōicatione. xvj. Et eadē questio formari pōt qñ p̄dicti guardiani minoꝝ p̄stituun tur arbitratores sine licētia suoꝝ superioꝝ. An gesta p eos teneant. Et per p̄dicta pōt dici q̄ sic. exq̄ subditis suis p̄dicti guardiani p̄nt dare licentiā. Nā si alijs tribuunt velle: etiā ipsi habebūt velle Ideo eiñ religiosus subditus p̄dicta non pōt fm doc. p̄cipue fm dictū Ludo. q̄ nō habet velle. sed velle suū dependet a voluntate p̄lati sui. xij. q. j. c. nō dicatis. z fm Zab. in. de. j. de testa. superioꝝ ibi accipit p̄ superiore immediato.

Religio. ij. quo ad ingressum.

Vtrū adultus ingressus religionē possit ad seculū redire. vide s. Nouicius. Et multa alia que pertinent ad hanc materiam.

¶Vtrū seruus possit ingredi vel recipi in religionem. Rñ. nō pōt ingredi nec debet recipi siue sciatur q̄ sit seruus: siue sit p̄sona incognita. z nesciat vtrum sit seruus vel liber. Et si ingressus fuerit. z infra triennū petit a dño suo. debet reddi cū oibus que attulit. Fide tū accepta de impunitate ipsius Post vo triennū repeti nō pōt: nisi esset tā longe q̄ inueniri nō posset. xvij. q. ij. si q̄s incognit?. Et currit dictū tēpus a tpe scie dñi. Et hec intelligenda in omni genere seruoꝝ etiaz si sint coloni. originarij. siue ascripticij. de quibꝫ infra dicet Seruus primo.

¶Quid si seruus ingressus monasteriū recipitur ad p̄fessionē ante dictuz terminū. Rñ. fm Ray. credo q̄ debet remanere in ordine. z monasteriuz debet satisfacere dño. q̄ fuit in culpa in recipiēdo. vel dic q̄ si nō erat incognit?. z p̄babat forte p falsos testes q̄ esset liber. dz restitui dño si petat. vt ex̄ de ser. nō oz. c. de seruoꝝ. cōcoꝝ. Vo. z idem fm eosdē si als dolose intrauit religionē. sciens se fuū Secus si bona fide putabat se liberū.

¶Quid si talis post factā p̄fessionē fuerit dño restitutus z postea manumissus sit. nunq̄d teneat redire ad monasteriū. Rñ. fm vv. q̄ sic. q̄ ñtuz in eo ē monachus fuit. vide supra Impedimentū tercio.

¶Vtrū obligati ad rōcinia possint recipi ad religionē. Rñ. si sunt obligati ad rōcinia reipublice. nō sunt recipiendi. di. xiij. legē. Dz si obligati sunt ad rōcinia priuatoꝝ. honestū est q̄ p̄ius de rōcinijs se expediant. nō autē est necessarium fm glo. Ray.

¶Vtrū ille q̄ est obligatus ad aliq̄d soluendum possit ingredi religionē. Rñ. fm Ray. pōt. nō obstante obligatione vel iuramēto. dūmodo non ex leuitate vel intentione subtrahendi debitū hoc faciat. ꝛ ex charitatē feruore. Nec facit iniuriā creditori. q̄ excusat aūcte spūssancti: cui nemo resistere pōt. ex̄ de regula. c. licet. ꝛ monasteriū tenet satisfacere de his que cōtulit monasterio. xix. q. iij. si qua mulier. Si tū post ingressum religionis: monasteriū occasione eius aliq̄d acq̄reret. puta. p successiōnem hereditariā vel donationē. siue ex testamēto teneret monasteriū q̄ntū illud essz. z non plus. ar. d. c. si q̄. cōcoꝝ. Inno. z Hostiē. Poterit etiā vt ait Ray. in monasterio existens scribere. vel aliud honestum opus facere ad liberandū se: dūmodo nō negligat ꝓpter hoc diuinū officiū. xij. q. j. clericus. nec impediat in aliq̄ ab obseruantia regulari. i. ab obsequijs regule: cui semp est astrictus. Ideo ad p̄dictā solutionē nō tenet fm Vl. Et hoc vltimū videt verius vt ad aliquā opationē nō teneat. nisi forte ꝓpter vitanduz scandalū. Idē dic de eo q̄ est obligatus ad aliq̄d faciendū. si aliq̄d detulit monasterio satisfaciat. Aliter nō videt obligari ad laborandū. vt dictū ē. Idē tenet Archi. flo. De hoc infra Restitutio vltimo.

¶Vtrū rector q̄ iurauit regere ciuitatē p annum siue magister q̄ iurauit legere vel capellan? q̄ iurauit seruire in capellania possint ingredi religionē. Rñ. fm Ray. sic. Nō eiñ iuramētū violat. q̄ illō. in melius cōmutat: ex̄ de iureiur. quenit. el. ij. Idē Inno. z Bof. Mo. q̄z addit cōsulo q̄ p̄ius ipleat qđ p̄misit. ex̄ de iureiur. c. debitores. hoc eiñ tuti? esset nisi ab illo vel illis quibꝫ iurauit possit licētiā obtinere. tū hoc videt consiliū. Nā statim pōt intrare religionē nō obstante iuramēto. vt notat panor. in. c. cōmissuz. de spon. vbi dicit de illo q̄ iurauit p̄bere p verba de p̄senti: q̄ sine peccato pōt nō p̄bere z intrare religionē. ꝛ p̄bere est de cōsilio ne noteꝝ peccato quo ad vulgi opinionē.

¶Vtrū ꝓpter obsequia pentū debeat q̄s retrahi ab ingressu religionis. Rñ. fm Tho. in quolibet. Aliter dicendū est de illo q̄ nondū religionē intrauit. z aliter de illo q̄ iam in religione p̄fessus est. qui eiñ nōdū intrauit si videt patrē suū in magna necessitate z cui p aliū subueniri nō possit. nō debet religionē intrare. ꝛ debet ministrare pentibꝫ: maxime si absq̄ piculo peccati possit in seculo remanere. Si vo p aliū possit pentibꝫ suis ministrare. pōt si vult religionez intrare. Postq̄ vo aliq̄s est in religione p̄fessus mortuus ē mundo. vñ p spiritualē mortē deobligat a cura impēdēda pentibꝫ sicut etiā deobligaret p mortē corporalem. Et ideo nō peccat. nec p̄ceptū aliq̄d agit si i clausstro maneat sub p̄cepto p̄lati. pentū administratōe p̄termissa. Etenī fact? ē impotēs ad reddēdū debitum ministeriū absq̄ ꝓpria culpa. dz tū q̄ntū pōt saluā ordinis obediētia sathagere. vt p se vel p aliū suis pentibꝫ subueniat si in necessitate fuerint.

Vtrū epi.archidiaconi vel pbyteri curati possint ingredi religionē. Rū. fm Panor.in.c.qō dei timore. de sta.mo.q cuilibet plato citra epm pmittitur intrare religionē ⁊ dimittere platurā. Et fm Tho. Archidiaconi ⁊ pbyteri curati hoc pñt etiā pdicente epo. xix.q.ij.due sunt. Epus aūt nō pōt trāsire nisi de licentia pape. vt in.c.licz. de regula. fm doc.

¶ Quid si dedi pecuniam viro: cui nuptura erat mulier. Deinde non sunt secute nuptie. Dic q ad restitutionem tenetur. l.si mulier. ff. de condi. causa. da.

¶ Quid si tibi dedi vt seruum manumittas ꝛ nõ manumisisti: vel me penitet anteq̃ manumitteres Dic q mihi teneris ad restitutõnem. l. iij. ℣. j. ff. de condi. ob causam.

¶ Quid si duo sũt socij habentes rem ꝓmunẽ. ꝛ alter in ea fecit expensas? Rñdet Jo. de pla. insti. de ob. que ex quasi ꝓtrac. ℣. Item si inter aliquos. q alter tenetur ꝓtribuere partem suã restituendo ei qui fecit expensas desup. vt. l. si inter fratres. ff. ꝓ socio. Item dicit idem q vbi vnus ex socijs ẽ rixosus ꝛ denius. ꝛ non curat laborare terram cõmunem et locare domum communem: potest socius accipere sibi partem suam quo ad vsum: ꝛ laborare. ꝛ locare. ꝛ sibi fructus recipere. vt dicit glo. in. l. iubem? in ver. diuidere. C. de sa. san. ec. ꝛ alia gl. in. l. lucius. ff. famil. ber.

¶ Quid de soluente indebitum ignorãter? Rñdeo. q accipiens tenetur ei ad restitutionem pinde ac si mutuo accepisset ex quasi contractu: vt insti. de ob. que ex quasi contrac. nas. ℣. fi. Idem si p errorem. Secus si soluat scienter: q tũc donare vr̃ in. l. campanus. ff. de oper. li.

¶ Vtrum pater teneatur ex contractu filij facto cum extraneo si est versum in vtilitatem patris? Respondet Jo. de pla. in insti. quod cuz eo. q sic: quantũ est versum in vtilitatez patris. vnde si totum est versum in vtilitatem patris: in totum tenetur pater. Si pro parte: pro parte tenetur. Et ideo quando conuertit in rem necessariam patri: pater tenetur. puta. si recepit pecuniam mutuo ꝓ soluendo creditori paterno vero vel putatiuo. vt l. iij. ℣. in rem autem. ff. de in rem verso. vel vt rez patris vel domum ruentẽ repararet. Secus si domum exornauit expensis voluntarijs: quia non dicitur versum: nisi ex mandato domini fecerit: ℔ pater tenetur dimittere auferri si sine lesione domus possunt. vt dicta. l. iij. ℣. sed si mutua. Item tenetur pater si recepit frumentum ad alimoniaz familie: vel vestimẽta comparauit pro familia patris: vel pro se fm consuetudinẽ patris: fm q pater consuenit eum induere. vt dicto. ℣. in rem. etiam si illud frumentum emptum: repositus in horreo patris corruptum sit: quia sufficit q vtiliter emit. vt dicta. l. iij. ℣. idem labeo. vel si filius mutuam pecuniam accepit pro dotanda filia sua vel sorore: quatenus auus pro filia vel nepte daturus sit et creditor hoc animo mutuauit: vt patris negocium gereret. vt. ff. de in rem verso. lege. vij. Vide de hoc doc. ꝛ Panormitanum in. c. q pleriq̃. de immu. ecc. vbi dicitur. q vbi creditor non fuit in culpa in mutuando: tunc exceptio macedoniani non competit in foro iudiciali. Et per consequens fortius non competit in iudicio anime. Si autem creditor fuit in culpa: tunc exceptio competet. ꝛ operabitur effectum suuz in vtroq̃ foro. Dicit tamen Panormitanus q cum hodie saltez inter christianos non soleat sequi parentum mors ex mutuo facto filiosa. propter quam causam illa lex prohibuit omnino mutuum fieri filiosa. videtur q debeat cessare senatusconsul. ꝛ cessante causa debet cessare effectus. Et sic in vtroq̃ foro filiusfa. ex mutuo sibi facto debebit obligari ad restitutionem. quod satis videtur de mente Inno. in dicto. c. quia pleriq̃. vltra tamẽ hoc si tale mutuum versum est in vtilitatẽ patris: pater tenetur fm q dictũ ẽ.

¶ Quid si filius vel seruus decepit creditorez. asserendo se velle vertere in vtilitatem patris vl̃ domini: non tamen conuertit. Respondet Joh. de pla. q pater vel dominus non tenetur. etiã si seruus vel filius sic accipiens fuerit consuetus conuertere. vt. ff. de in rem ver. l. q si seruus. ℣. ℔ si accepit. ne calliditas vel malicia filij vel serui noceat patri: vel domino.

¶ Quid si mutuauit frumentum patri vel marito ex quo nutriuit filios vel vxorem. An vxor ꝛ fi-

ij in subsidium teneantur: quasi in eorum vtilitatem versum sit? Respondet qui supra q non. Dz Bar. tenet ptrarium in. l. bis solis. ff. de condi. inde. vbi format. q. de patre paupere accipiente mutuo pecuniam. z illam conuertit in alimētis filioz qui postea effecti sunt diuites ex aduēticijs. Et cōcludit q filij teneant ad illud debitū patris. Idez Aud. ro. in suis singularibz.

¶ Quid si mutuauit. x. filiofa. in rem patris conuertenda z ipse lusit. deinde reuicit z in rem patrē conuertit. An mihi teneatur pater de in rem verso? Respondet qui supra q non. per gl. in. l. si minor. xxv. annis. ff. de mino. quasi ex noua acquisitione: non ex mutuo dicatur facta versio. Hoc verum dicit Bart. in. d. l. si minor. si in alio ludo ex internallo vicit. Secus si incontinenti in eodem ludit.

¶ Quero. an pater teneatur pro filio condemnato in iudicio ex delicto soluere condemnationē de sua legitima? Respondet Jo. de pla. insti. de ob. que ex quasi delic. nas. §. si filius. q non: vt est casus in. l. z si pdemnatus. ff. de noxa. ac. De hac legitima vide s. c. Legitima.

¶ Quid autem si pater obligauit se pro delicto filij. An totum debeat solui de parte filij. An vo de tota hereditate post mortem patris? Respondeo sm Bal. q si pater suscepit obligationem pro delicto filij ductus paterna pietate. Et tunc omnes fratres debēt pro parte sua sustinere. Sed si necessitate. puta. dictante hoc statuto: tūc nascitur naturalis obligatio inter patrem et filium ex tali gestione negocioz ei? que non transit ad heredes. et ideo soluet de sua parte.

¶ Quid autem si filius sit captus a latrunculis vel ab hostibus z pater redemit eum. An filio? soluet de parte sua? Respondet Bart. in. l. stichus. ff. de pec. le. q cum pater videatur fecisse officio pietatis: non imputabit ipsi filio. vt. l. liber captus. C. de capti. quicquid dicat Guil. in. l. frater a fratre. ff. de pdi. inde.

¶ Quid si pater consentit in decurionatum filij. Dic q tenetur pro eo insolidum de idemnitate rei publice. z etiam ipsius patris heredis. Facta tamē prius excussione de ipso filio principali debitore. l. j. C. de decu. li. x. Et dicunt decuriones psiliarij: q habent deliberare cum prioribus cuiuscunq; ciuitatis.

¶ Quid autem de eo quod donat filio in vita patris. An teneatur cōmunicare fratrib? post mortē patris. Respondet Jo. de pla. insti. per quas per. no. acqui. q si donatur filio occasione vel contemplatione patris: tanq̄ ex causa patris propria z immediata: tunc censetur peculium profectitium. z tenetur cōmunicare fratribus post mortem patris. Secus si pater sit causa remota z mediata. Hanc distinctōez facit tex. in. l. sociū. ff. p socio. Vide s. de hoc Peculium.

¶ Quid de ambasiatoub?. an sibi donata teneantur restituere. Respondet Bar. in dicta. l. socinz. q non. Panormitanus vo in. c. postulastis. de cō cess. preben. dicit q attendenda est qualitas donorum. Nam quedam conueniunt magis mittenti q̄ ipsis ambasiatoubus. vt puta. si daret leo. Quedam conueniūt potius ipsis ambasiatoubus. puta. si darentur eis vestes congruentes. Et sic dicit q in casu dubij aduertenda est qualitas donoz. Secus ergo vbi constaret de voluntate donātis. Et dicit Panormitanus q illa. l. socium. loquitur de societate. vicz. q si aliquid donatur socio occasione societatis. ex quo tamen donatur persone z nō societati: cedit ipsi soli donatario et non societati. Et non mirum: quia idem est in damno. Nam si socius extra societatem: occasione tamen societat? damnum passus est: sibi imputat z non societati. vt est tex. in. d. l. socium.

¶ Quid de dote quaz lucratur filius ex forma statutoꝝ. An dicatur de peculio aduenticio: vt sic non veniat fratribus conferēda. Respondet idez Jo. q sic. Bart. vo in tractatu de duobus fratribus dicit q aut pater sustinet onera matrimonij et tunc erit profectitium. z communicabit. Si autem filius sustinet onera de lucro sue persone: tūc erit aduenticium. z non communicabit. Si autez partim pater. z partim filius sustinent: tunc partim erit profecticium z partim aduenticium. pro oneris.

¶ Quid autem de lucro quod acquirit filius mercando cum pecunia patris. An pars que attribuitur persone dicetur aduenticium. Rñ. idem Jo. q dicetur aduenticium. Et ideo medietas lucriz vnus ponit rem. alt industriā: ei cedet: q a lucrum debet esse commune. l. j. C. pro socio. Ideo si filius ex. C. habitis a patre lucratus fuit alia. C. debet primo de. C. lucratis habere. l. et de altijs. l. et de. C. pro sorte debet diuidere equaliter cuz fratre: quando equaliter sunt heredes patris. Et sic illa. l. que lucratus est pro industria propie persone: sunt sua propria. nec tenetur diuidere cum fratre. Idez Bart. vbi supra. De hoc dic vt supō. Peculium.

¶ An autem acquisituz per filium sit presumendum ex bonis patris. et sic pmunicandū. Respō. Bar. vbi supra. q aut resultat suspicio delicti nisi pōsumatur ex bonis patris. puta. quia filia pōsumet? turpiter acquisisse. Et tūc credit ex bonis pris acquisitū. Aut pōsumptio dilicti euitat. et tūc pōsumet ex bonis filij. Aut nec euitat. nec oritur suspicio. et tunc recurrendū est ad pjecturas. Et p omnia idem dicendum est in prelato. tutore. pcore et huiusmodi.

¶ An autem donatum filio ab extraneo sub tali pditione. vt habeat illud in castrense vel quasi: sit pmunicandum. Respon. qui supō. q aut filius est miles. vel aduocatus: vel habet aliquas dignitates de illis que ponuntur in. l. fi. C. de inoff. te. Et certū est q non dedisset nisi ratione militie. Et sic erit castrense vel quasi. z non pmunicabit. Si autem non erat miles nec aduocatus et huiusmodi: tunc erit aduenticium. z pmunicabit. De hoc dic vt s. Peculium.

Quid aũt si pater misit pecuniã filio existẽti in studio vt inde libros emeret. Deinde cauit in suo libro rationũ. q ipse filius debeat pferre eos. z pos tea valor eoz decreuit. Qui⁹ erit damnũ: Rñ. q nõ debet pferri nisi tantũ quantũ valent. nõ illud qõ pstiterũt. Et hoc p glo. in. l. illud. C. de colla. in ver. poterat. Si autem supcreuit valor bñficio for tune, tunc dicit Raph. in dicta. l. illud. q istud incrementum tanq̃ aduenticium: debet esse pcipuum filij. vt. l. fi. C. de colla. Dato q Ludo. in dicta l. illud. dixerit ptrarium. p text. in. l. fin naturam. ff. de re. iur.

Quero. quid si duo frates vel alij habent bona pmunia ex aliq̃ hereditate. Manente aũt cõione ptractũ est es alienũ: postmodũ veniũt ad diuisionem. Nunqd es alienũ p alterũ eoz ptractuz soluetur de cõibus bonis: Spe. tit. de iudicijs. dicit. q es alienũ. aut fuit ab oñibz ptractũ. Et tunc ab oñibz solui dz indubitanter. Aut ab vno tñ. Et tũc. aut est ptractũ occasione pmunũ bonoz: z in cõem vtilitatez. pfectum. qõ. pbari dz a ptrahente debitum. Et tũc etiaz de bonis cõibus est soluendum. ar. ff. pro socio. l. omne es. Aut non probat hoc. z tunc per eum tñ solui debet absq; grauamine alterius. ar. ff. de reg. iu. non debet. Non enim sufficit ptractum esse manente cõione. Immo est necesse. pbare q occasione cõis vtilitatis. ff. p socio. iure societatis.

Quid si alter ex coheredibz pdẽnatus est ob maleficiũ a se pmissum: Rñ. qui s. q licet ipse als bñ tractauerit hereditatez: tñ de parte sua tñ soluenda erit pdemnatio. nec fiet cõpensatio ei⁹ qõd bene egit. vt. ff. p socio. cum duobz.

Quid si vnus ex coheredibus fecit sumptus ob honorem suum. puta. in militia sua vel nuptijs suis vel dignitate aliqua. Rñ. qui s. si cõmunis pater id fecit: hz ipse hoc precipuum. ff. de colla. l. j. §. nec castrense. Si vo ipse post mortẽ patris sui hoc fecit: de sorte sua tñ hoc erit: non de bonis cõmunibus. ff. fami. her. l. si filia. §. idem scribit. nisi specialiter inter coheredes pactuz fuerit: vt huiusmodi sumptus pmunes essent. Idem tenet Bar. in dicto. §. nec castrense. vbi querit de alia. q. Pater incepit expendere. p filio in studio. Vtrum patre mortuo debeat studiũ pfici de pmuni inuitis fratribus. Videt q sic: q; munera cepta debẽt pfici de pmuni: licet nõ possint nona inchoari. vt. d. §. idem scribit. Et hoc videt tenere Dy. Cõtrarium tñ credit Bar. salua reuerentia Dy. Nam factuz pñs initiatũ erga filiũ: eatenus obligat heredem: quatenus ipse pater erat obligatus de necessitate. vt. ff. de mu. z bo. l. et si filiũ. Hz pater nõ tenebat de necessitate inchoare: nec psequi: ergo nec heredes.

Quid si vnus ex fratribz coheredibz hz filiam nunqd dotanda est de cõibus bonis. R. Spec. si annus puelle pater coheredũz viueret: ipse habet neptẽ dotare. vt. ff. de iure do. l. pfecticia. §. si filia. Si aũt nõ vixit annus: tũc de bonis patris sui tñ dotanda est: nisi coheredes inter se. spaliter. aliter pacti fuissent. Pro declaratõne hui⁹ nota. q cum defuncto patre plures filij remanent in domo paterna: quorum alij sunt minores. Alij maiores. Alij lucrantur. Alij non. Et eis ad diuisionem venire volentibus minores petunt pmunicari lucra maiorum. Dic an inter illos fratres sunt bona diuisa aut indiuisa. Primo quilibz sibi acquirit qõd lucratur: nec peti põt pmunicatio ab alijs fratribus: nisi hoc fuerit in diuisione. specialiter actum. Si aũt indiuisa. Et aliqui fratres lucrantur et tunc: aut certum est vnde acquirunt aut non. aut est dubium. Si certum est tunc statuendum est fm quod acquisiuit. Si autem non est certum: nec esse põt. vel dubitatur: aut in facto: aut in iure. Si in facto puta. acquirit ex operis suis: quia forte est scriptor vel artifex: tunc sibi acquirit. ne quod ei suis laboribus et prospera fortuna accessit: hoc ad fratres proueniens luctuosum ei accedat. vt insti. q quas per. no. acqui. §. igitur liberi. licet si sit male cõuersationis homo nullius artificij: psumitur omnia habere de pmuni: aut de patrimonio patris: sicut als vxor psumit habere de bonis mariti. Sed z si quis fratrũ patre viuente aliquid lucratus est: licz acquisierit patri. vt. l. cum oportet. C. de bo. q li. Si tñ pater nõ apphenderit: videt q filij⁹ tũc possit sibi illud retinere. nec hz necesse fratribz pmunicare. Si aũt p⁹ mortẽ patris acquisierit: psumitur de cõi habere: z ideo cõicandũ. Indubio ei presumitur de cõi habere: nisi ptrarium pbet. Si aũt sit bone puersatõnis: q; artifex ẽ. z bñ lucrat: nõ ẽ psumendũ habuisse de cõi: nisi expresse pbet. imo psumit ex suis opis habuisse. C. de arbi. tu. si defunctus. Adde tñ pdictis qõd notat Bal. in. l. illõ. C. de colla. vbi ex. l. fi. e. ti. dicit q si duo fratres remanserũt in cõione post mortez patris. z vnus plures fructꝰ posuit tanq̃ ditior: q in diuisione non põt petere ab alio fratre illã pluralitatẽ fructuũ: q; dato; q nõ dicat ptracta societas bonoz: dicit tñ contracta societas fructuũ pceptoz z psumptoz. z allegat casum optimũ in. c. si duo fratres. de fra. de no. feu. inue. Et nimirũ fm glo. ibi: q; fundus: seu feudum de quo in dicto. c. si duo. fuit acquisitum de pmuni pecunia. licet noie vni⁹ fratris qui post mortẽ pris remanserat in cõica cum altero fratre. Et ideo fructꝰ talis fundi erũt cões donec habitauerint simul vt ibi. Secus tñ dicendũ fm eundez Bal. in tractatu de duo. fratribz in casu quo eẽnt duo fratres quorũ vnus hz duos filios laboratores: q laborat possessionẽ cõez cũ alio ffre suo q nullum filiũ habet. Non enim dividerẽt fructꝰ equaliter: q; hec societas respicit capita eoruz qui opas ponũt. Nam ex suis laboribus sibi acquirere possunt. d. l. cuz oportet. Et idem dixit Pau. de castro in. d. l. illud. in duobz fribz quoz vnꝰ habebat multos filios. alter vo solus erat: q si ille qui habebat multos filios gubernabat bona. Ille vo solus nihil faciebat: nisi q lotis manibus ibat ad mensam. q ñ potest postea in diuisione petere q sibi assignẽtur fructus quos consumpserunt filij fratris. quod nota.

¶An aūt frater qui gubernat bona cōia cum fratribꝫ paruis possit in diuisione petere salariū sue administratōis: sicut tutor pōt petere fm Bar. in.l.i eos.ff.de tutel. Dic q nō pōt petere salariuz sed certa portio fructuū assignatur eius industrie. Ita dicit Ludo. qui hunc casum dicit nunq̄ vidisse decisum.

¶Quid de mercatoribꝫ z aliis artificibus qui pponūt institores suis apothecis. An ex eoꝝ pactis teneant: R. Jo. de pla. insti. qō cū eo. §. insti toria. q sic: si pact⁹ notē dñi facti sunt. et maxime qñ in ei⁹ vtilitatē est versum. vt.l. q̄cunq̄. §. j. z. ij. ff. de insti. et.l. ij. eo. ti. vñ si scribat in libro. q apō mensaz domini sui ticius habet. Ll. in deposito. tenetur dominus.

¶Quero an dñs z pater teneant ex pactu gesto p seruū z filiū eoꝝ iussu. Rñ. idem qui s. q sic. vt l. j. ff. qō iussu. Nam pr̄ z dñs vident pactum habere cū p alios pactū habūt. vt in regula qui p aliū. Et cōtrahentes siliter vident pactum habere cū pponēte: qñ contrahūt cū ppōsito. vt.l. si institorē. ff. si cer. pe. Idē in exercitore nauis. l. j. in pncipio. ff. de exerci. Idē qñ versum ē in vtilitatē aliquoꝝ istoꝝ dñoꝝ. l. j. in pncipio. ff. de in rem verso.

¶Quid de fideiussore. An principalis teneat ad restitutōez ei⁹ qō ille solvit: Rñ. Jo. de pla. q sic insti. de fideiuss. §. si quid aūt.

¶Dz nunqd fideiussor pōt sponte soluere. z non expectare q sibi fiat mandatū. Rñ. qui s. q sic. vt dicit glo in. d. §. si quid aūt. Nam tenet agnoscere bonam fidem. l. idem q̄. §. fideiussores. ff. man.

¶Sed quid si index eum pdemnauit p iniuriam An possit agere mandati. Rñ. idem q nō: si non appellauit. l. si p ea. Ll. mandati.

Restitutio.xiij. Quo ad damna data ab animalibꝫ.

¶Quid si quadrupes tuus. puta equ⁹ vel asinus naturali feritate mihi damnuz intulit. puta. fregit vasa mea: vel vegetem: z vinū effusuz est. Rñ. Spe. in ti. de iniurijs. q mihi teneris vel reficere damnū: vel dare animal p noxa. vt instit. si quadru. pau. fe. di. in pncipio.

¶Quid si equ⁹ tuus calce me pcussit z crus fregit vel oculū effodit: vl aurē dentibꝫ scidit: vl me vulneranit ꝓpter quā plagā oportuit me dare. x. medico. z alia. x. expendi p curatōne. An petere possum. xx. z opas quibꝫ carui z chariturus suz. Rñ. Spe. vbi. s. q sic: vel q des animal p noxa. vt. ff. si qua. pau. fe. di. l. ex hac lege.

¶Quid si tuū animal incitauit meū: ita q meum animal dedit alteri damnū. An tenearis. Rñ. qui s. q sic. Idem dicit glo. in pālleg. insti. in pncipio. Siue animal tuū moueat ad danduz damnū sui lasciuia z facilitate: siue incentiuo amore: vel persecutione alteri⁹ animalis. vt si equ⁹ tuus psequēdo equā meā fregit ostiū domus mee: vel mea blada immatura ꝓtriuit: vel aliud damnū mihi dat siue suo corpe: siue alio instrumēto: vt si bos vel equus sine culpa pducentis plaustrū obtriuit aīal meuz vel aliud damnū dedit. vt. ff. e. l. j. §. siue aūt.

¶Quid si bos tuus comedit herbā meaz: vel cānis tuus carnes meas: vel muric⁹ lardū: vel mustela corrodit pānos. An mihi tenearis ad emendam damni: vel ad danduū animal p noxa. Rñ. Spe. vbi s. q sic. vt. l. quint⁹. ff. ad. l. aqui.

¶Quid si dues vel aīalia q̄s mittit in prediū meum z frumentū: ordeū: vel glandes depascuntur. Rñ. Spe. vbi s. q mihi teneāt.

¶Quid si p se pecora intrauerūt campum z depasta sunt frumentū. Rñ. idem q mihi teneris. Et quomodo extimabit damnū datum in frumento dum est in herba: Rñ det. q vel expectabit tempus messium. vt sciat quantū ex tanto vel sili frumento habebit: vel psiderabitur quantus fruct⁹ in anno pterito ex tanto z simili habitus est. ar. ff. ad. l. aquil. l. i lege aquilia. Et hec opi. videt valde equa. Vide tamen de hoc supra. Restitutio decimo. in fi.

¶Dz nunquid dñs se liberat dando animal pro noxa. Rñ. idem q nō: si ipse illud imisit. vt. d. insti. Secus si casualiter intrauit.

¶Quid si leo. vrsus. vel aper quem tenes ligatuz iuxta viam publicaz dānū dedit. Rñ. Spē. in ti. de emp. z ven. q teneberis p. d. insti. Laueant q si di qui tenent canes mordaces. vrsos et simias et huiusmodi in locis publicis: qz si ledunt homines liberum: pdemnatur tenens in expensis curationis z operaꝝ amissaꝝ et amittendaꝝ: inq̄tum iudici equum videbit. facta extimatōne quantuz lesus viuere poterat fm distinctōnem etatum. vt. l. hereditatum. ff. ad. l. fal. vt dicit glo. in. d. l. ex hac lege. Et ideo nō liberat dñs dādo ferā bestiā dānū dantem pro noxa.

¶Sed pone. Jnuenio pecudem tuam in segete mea damnum dantem. nunquid ꝓpria auctoritate illam capere possum et tenere donec p damno mihi satisfeceris: Rñ det Spē. in ti. de actore. q nō possum capere vt teneam quasi loco pignoris donec mihi satisfactum sit: possum tamen capere z tenere donec sciatur dominus ꝓtra quem agere possum.

¶Quid de his qui cum iumento: vel igne maliciose apposito: vel alīs ledunt agrum: siue domū alterius. Respōdet Monal. in ti. restitutōnū q tales tenent ad restitutōez toti⁹ damni.

¶Quid si bos alicuius corrupeta erat. z dominꝰ eum non custodiuit: nec diligentiam adhibuit. et egressus bouez vicini occidit. Rñ. Monal. q̄ dominꝰ bouis corrupete tenet dare aliū bouē viuū equivalentem. z mortuū accipe. vt dicit tex. in. c. si bos. extra de iniurijs. z exo. xxj. hoc tñ verum qñ dñs sciuit eum corrupetam: qō pōsumit infra tres dies scire. Et ꝓterea dicit tex. q si corrupeta erat ab heri et nudiustercius. Quando vo ignorauit. puta. quia contra naturam sui generis insurrexit. et contra naturam suam. puta. quia consuenit esse domesticus. tunc non tenetur ex edicto legis aquilie: sed ex edicto legis. si qua. pau. fe. di. fm hostien. et Gof. Jtem intellige fm glo. in dicto. ff

bos.cum iste qui damnū dedit aggressus est aliuz ꝛ occidit. Dz econtra nō teneꝫ.i. qñ bos mortuus incitauerat aggredēdo boucm corrupetā.ff.si q̄. pau.fe.di.l.j. Seu cum dubiū est quis bos primo aggressus est.ff.ad.l.aqui.l.scientiā.§. cū stramen ta. Et ad intelligentiā predictoꝝ sciendū: vt ex dictis Io.colligi pōt: q̄ duplex est actio: qua teneꝫ dñs animalis damnum dantis.s. legis aquilie: et hac teneꝫ domin⁹ aīalis damnuz dantis qñ culpa sua: aut negligentia animal damnū dedit. puta.si te instigante equū: ipse dolore patatus recalcitrauit: vel damnū dedit: aut si quadrupes plus iusto onerata damnū dedit: vel si animal tuū in segetez meam misisti: teneris ad totius damni extimationem. Allia est actio que vocaꝫ de pauperie: q̄ mihi dit.puta.qñ damnū dedit ꝓtra naturaz: aut ꝓsuetudinem sui generis. licz tua ꝓsuetudo talis sit.puta.si sit equus recalcitrans. Nam maior ps nō recalcitrat: vel bos corrupeta. Nam maior pars nō corrupetat. Et tūc liberaris dando animal damnificans ꝓ noxa. licet damnū excedat quadrupedis extimationez. Si aūt sit fera bestia: tūc dando illud aīal ꝓ noxa nō liberaris: ꝫ teneris ad totius damni extimationē: q̄ hmōi aīalia nō debēt teneri in publico: sine soluta: sine ligata vbi publicum iter est. Alis dñs teneꝫ in duplum. Et mihi lomin⁹ actio de pauperie.i. ꝓ damno dato locū hz.ꝛ etiaz tenetur ad impensas in curatōne factas. ꝛ ad operas amissas: vel quas amissurus est ꝓpter debilitatem. Nam ꝓhibetur quis verrem.aprum.canez. vsum.leonem.ꝛ generaliter omne animal qō nocere possit: tenere fm Io.

¶ Quid si equus tuus insidiando mulam meam olpbaciat: ꝛ mula mea calcitrans crus meū frangat: Rñ.fm Io.q̄ ꝓtra te agere possum de pauperie.vt.ff.si quadru.l.agaso.

¶ Quid de tenentibꝫ columbaria. Rñ. Asteñ.in sum.fm aliquos q̄ si nō possunt teneri sine preiudicio ꝛ damno alterius: mortaliter peccant qui tenent. Quidam tamen credūt q̄ columbe plus ꝓficiunt terris quas stercorizant: ꝛ mala semina comedendo: ꝫ noceant. Hoc videꝫ posse tolerari: si tenentes colūbaria tribus debitis dant eis ad comedendum. Alis secus.

¶ Quid de venatoribus qui cōculcant vineas et agros alioruz: queꝝ canes occidūt anseres ꝛ oues ꝛ agnos pauperū: Rñ.idem. credo q̄ tenentꝫ restituere extimatōez damni. ꝛ peccant mortaliter si nō restituant: nisi ita modicū damnū esset q̄ probabiliter non curarent illi quibus damnū datꝫ.

¶ Quero.an quis possit prohibere piscari in fluminibꝫ publicis et ppetuis sicut est padus ꝛ renꝰ. Rñ. Io.de pla.instit.de re.di.§.flumina.q̄ non. Similiter nō pōt prohiberi quis applicare naues ad portum ꝛ ligare naues ad rippas: siue ad arbores existentes sup rippas. licet tamen rippe ꝛ arbores sint publice quo ad vsum: siue sint in communi vsu: tamen proprietas ripparum ꝛ arborez manet in eis sunt eoꝝ quoꝝ sunt predia quibus adherent. Et ideo si concurrant dominus agrivolens incidere arborem existentem in rippa fluminis: et extraneus piscator vel nauta volens ligare nauem ad illam arborem vel appendere rhecia sicanda prefertur dominus: quia nemini debet ius suum detrahi. Sed vbi concurrunt extranei: tunc si vnus pretendit publicam vtilitatem ꝛ alius priuatam: prefertur pētendens publicaz. Sed si vterq̄ pretendit publicam: vel vterq̄ priuatam: pferturꝰ qui primo occupauit fm Vac.but. Sed si vterq̄ pariter occupauit: locus est gratificatōni vel sorti: sicut dicit glo.de plaustris inuicem obuiantibꝫ in arta via: dum querit quod plaustrum retrocedere debeat in.l.j.§.hoc interdictuz.ff. ne quid in lo.pu. Nota tamen q̄ omnia supradicta in hoc.c. obtinent locum in foro iudiciali: vt damnificans aliū etiam teneaꝫ de leuissima culpa actōne legꝫ aquilie.l.j.ff.ad.l.aqui. vel actione de pauperie. vt instit.si quadru. vel huiusmodi. Secus in foro conscientie fm Inn. Hir.d. An. de but. S. Her. Nico.de aus. Nam in foro anime solū quis teneaꝫ de dolo ꝛ lata culpa. De hac materia vide ē. Aduocatus in fi. ꝛ Restitutio.iiij.

Restitutio.xiiij.

Cui faciēda est.

¶ Primo quero cui dz fieri restitutō rei rapte seu alis male accepte. Rñ.fm ray. q̄ ei cui res subtracta fuit: etiā si nō sit dñs rei: sed sua interfit ex cā honesta reꝫ esse surreptā: vt quia habebat in ea ius pignoris vel vsum: aut aliquid hmōi. ff. de fur. l.is cui. Si vo ipse cui nūc res ablata sit: furatus fuerit eā: nō sibi: ꝫ dño erit restituenda: vel illi cui prior fur vel raptor surripuerat: si sua vt dictū est intererat ex cā honesta et fiat caute quantū pōt p religiosum ꝛ hmōi: ita q̄ nullo modo psona furis pdat. Itaq̄ regulariꝫ restō spoliatis facienda ē extra de resti.spo.p totū. Fallit tamē qñ non trīs: iste male accepit: ꝫ alius etiā turpiꝫ dedit. de quo.j. Monal. aūt in sum. dicit q̄ restō regulariter est semp facienda spoliatis vel eoꝝ heredibus: si inueniri pūt. Et hoc qñ fecit testrīs. Si āt mandauit in testamēto distribui p executores: q̄quid ad ipm spectabat de mobilibꝫ et debitis: tūc facienda est executoribꝫ restitutio eiꝰ ꝓ rata ꝛ vxori ꝓ rata: si ipsa ꝛ liberi debeant hre aliquā partez in rebꝫ testatoris: aut ō iure: aut ex dispōne testatoris. Si aūt ꝓtempsit facere testrīm: tūc dz fieri restitutio heredi ab intestato. Idem Hir li.j.

¶ Secundo quero. Pone q̄ illi cui restitutio fienda est iagat in remotis. cuius expensis mitteꝫ pecunia debita vel huiusmodi. Respon. Panor. in.c. cum tu. de vsur. post doc. q̄ aut vsurarius recessit de loco vbi extorsit vsuras. Et tunc cum ipse sit in malafide tenetur ipse expensis suis ad locum mittere vbi extorsit vsuras. Aut bona quibus vsure fuerunt extorte recesserunt. Et tunc procedit dictuz glo. in dicto.c. cum tu. vt expensis creditorū mittantur. Similis distinctio fit in re legata. vt in.l. cum res. de le.j. Et hoc verum nisi reperiatur aliquis fidelis qui vellet gratis ferre creditoribꝫ. ar.

in.c.significante.de pig. Hoc.tñ excipiūt vnuz casum in quo debitor nō teneť mittere debitū creditoribus,puta.qñ maiores sumptus fierent in mittendo:q̄ valeat res restituenda:vel etiā vbi quātitas que debeť esset modica respectu debentiz habere:qz forte est potens ⁊ facultatibz abundans.q̄bus casibus pauperibz eroganda est,p anima creditoris:vt sic restituať illi spiritualiter qñ non pōt reddi tempaliter. Nō dictum est de vsurario. idez intelligas de bonis raptis:vel furatis:legatis:vel alis debitis. Si autē nescitur vbi habitet creditor: tūc non teneť euagari euz querendo:ß dabiť pauperibz:nisi verisiliter expecteť ut redeat,qz tunc expectabiť:vel reponeť in ede sacra.

Tercio. quid de illo qui pluribus teneť et vult ptem soluere:cum totum nō possit: nunq̄d possit gratificare vni:soluendo ei insolidū. An teneatur singulis soluere p rata. Et si teneať ex ptractu vel maleficio.nunquid plus soluendū sit in hāc cām q̄ in illam? Rñ. Monal.q̄ si creditor vigilauit exigendo debitū in iudicio:vel extra:pōt ei debitor soluere debitum anteq̄z bona debitoris auctoritate iudicis incipiant possideri:qz postea iura parta facta sunt omniū creditoz qui nō habent pignora vel hypothecas:vel nō sunt p̄uilegiate psone. Item si debitor vnlt vni creditori gratificare:debz illud oñibz ꝓmunicare:⁊ ab eis licentiā obtinere. Similiter si vnus creditor denūcianerit alteri ne recipiat a debitore:in fraudē videť ille versari si accipiat.vbi aūt nō vigilauit creditor exigendo debitum:non videť q̄ debitor teneať ei gratificare. Jure tñ poli et sīnō iure fori excusareť:vt dicūt q̄dāz:debitor:si pietate motus gratificaret plurimū indigenti creditori. Et non est dicendum q̄ aliud p̄uilegium plus conueniat illis quibus teneť ex maleficio:vel quasi:q̄ illis quibus tenetur ex contractu vel quasi.

Quarto quero.an p̄edo sit restituendus. Rñ. Monal.q̄ de rigore iuris p̄edo est restituendus nisi sit talis p̄do:cui nullus parcere debeat. De hoc vide panor.in.c.in lris.de resti.spo.vbi dicit q̄ q̄dam sunt latrones famosi qui morant in strat(publicis ad deꝑdandū:⁊ isti debēt suspendi.⁊ iste p̄do nō est restituend?. Alio mō accipiť de eo p̄done qui aliū eadē re spoliauit:⁊ iste p̄do est restituēdus:quātumcūq̄ ꝓstet illū esse p̄donem.exq̄ dñs nō ꝓcurit secū ad petēdū.vtz in.l.j.§.si p̄do.ff.de positi.vbi tex.dicit q̄ si p̄do deposuit potest agere depositi:reddēs rōnez.qz eius interest cū alteri teneať et hēat depositarios obligatos ex ꝛcto. Quo ratio hz locū quātumcūq̄ ꝓstet eum esse p̄donē. In beneficialibz tñ nō dz fieri restitutio. ex q̄ constat eū esse p̄donē:ne deť vicios⁹ ingressus. Nō enī dz se intrudere in būficio vt alij restituat. Excipiunť tñ alīq̄ casus in quibz p̄do nō est restituendus. Primo si dñs eodem tpe repetat cum p̄done Scōo nisi p̄do deposuerit rem ablatā apud illum cui abstulit.ff.depo.bonafides. Tercio. nisi sit talis p̄do:cuius vite nullus parcere dz:vt dictuz est Quarto,nisi sit inuasor rerū spūaliū qui nō debet restitui:nisi ꝓbet possessionem illaz rerū legiti me adeptam esse. Fur aūt fm panor. vbi s. nō est restituendus regulariter. Idem Jo. de san. Vnde si aliquis furtū faciat. ⁊ illud q̄ surripuit alteri furaťur:dñs pōt agere ꝓtra furem posteriorem:non fur.ff.de fur.l.qui vas. §.si ego. Fallit q̄ñ quis habuit iustum inutiū.⁊ postea furtū ꝓmittit alijs comodando:vl ꝓcedendo.puta. rez sibi comodatā alteri cōcedit.talis pōt agere furti: qz eius interest ex causa honesta. Et addit Jo.de san. q̄ maritus ꝓtra vxorē nō hīt actōnez furti:qz lex ita atroces actōez dare in psona ꝓiuncta erubuit. Sed de fur.l. manifestissimi. Item nec dñs ꝓtra seruū: nisi post manumissionez:nec pater ꝓtra filium.ff. de fur.l. serui. Ille autem qui his personis opem vel auxilium prestat tenetur furti.ff. de furt.l. siquis vxori.

Quinto.quid de prelatis ⁊ alijs clericis habentibus administrationem ecclesiasticam ⁊ male administrantibz. Nunquid teneanť ad restitutiōez ⁊ cui? Rñ.fm Hosti.q̄ teneť talem ecclesiā seruare indēnem. Et hoc siue prelatus expendat in melioratiōnē p̄timonij:vel si ꝓpter nimiā diligentiaz ꝓrioz negocioz neglexit negocia ecclie ꝓcuratoris:seu ſ etiā de culpa seu negligentia ꝓcuratoris:seu sui vicarij videť teneri.de offi.ar.c.ea que. Sed si de suo aliqua expendit in negocijs ecclesie:illa potest recupare:vel etiā heres suus:vt sic fiat quedaz recompensatio hinc inde. Hoc autem intelligas q̄ñ grauis est lesio:vel etiam quo ad alienatiōez rerū īmobilium:vel mancipioz ecclesie: vel etiam redditnum suoz. Non enī ꝓhibetur p̄latis quo minus possint de fructibz ⁊ ꝓceptis redditibz aliqua erogare.

Sexto.quid de his qui donant inhonestis mulieribus:vel minis et ioculatoribus ꝓpter peccata que ꝓmittunt:vel ꝓpter fauorez seculi. Rñ.fm Hosti.q̄ peccant mortaliter.lxxxvj.di.donare.et tenentur restituere ecclesie si ꝓprium habent. De bis aūt qui talia acceperunt non est dubiū q̄ tenētur ad restōnem.xiij.qō.vj.si res. Secus si causa elemosyne ⁊ sustentatōnis.

Septimo.cui fiet restitutio de p̄dictis. Rñ.fm Jo.q̄ nō Illi danti:ß successoꝛi suo q̄ hoc in vtilitatē ecclesie expēdat. Et si forte nō curaret dare successoꝛi:vel tantū expectare pauperibz loci illi? erogabit. Et fm gl. Ray. hoc meli?:cū paupes indigēt vel eccl'ia satisfabīdat. Item fm Monal. restituēnenť p̄lati dātes de bonis eccl'ie ꝓsanguineis potē tibz.nō ꝓpter naturā sustētandā:vel aliā cāz bonestam:ß vt faciāt eos diuites notabil'r vltra statum:ß vt faciāt eos diuites notabil'r vltra statum de'vili genere natos ꝓsanguineas suas maritāt baronibz ⁊ sil'ia. Et tō tenenť:qz ptractāt rē alienam inuito dño. Bona.n.ecclesiaz; pauperū sunt fm Aug.⁊ Piero. Vide aūt terribile dictū Archi.p? Vbz.in.c.nō liceat.xij.q.ij.papā peccare mortaliter si bona eccl'e alienat sine cā rōnabili⁊ honesta:vt qz ꝓsumit i turpes vsus.⁊ dat ꝓsanguineis vt eos diuites faciat p alijs:vl ꝓstruāt sibi palatia. Et si pa

pa in hoc ereederet notorie et ecc̃t incorrigibilis: cũ nõ posset ex hoc eccl̃ia nõ scandalizari: poterit de hoc accusari in pcilio p glo. singularẽ in.c.si papa. xl.di. In dubio tñ psumendũ est q̃ faciat ex cã rõnabili. Idem panor. in.c. pstitutus. de reli. do.

Octauo quero, an pdicti teneant hãc restõnem facere de bonis pionialibꝫ. An vo sufficiat q̃ satisfaciant de fructibꝫ capiendis. Rñ. q̃ cuz q̃cq̃d supest eoꝝ vsibꝫ de puentibꝫ debeat paupibꝫ: nõ sufficit facere restõnem de talibꝫ fructibꝫ: si hũt pionialia vel aliũde q̃, de ecclesia, q̃sita: nisi q̃tenus subtraheret sibi de necessarijs: vel qñ expẽdissent circa vtilitatẽ eccl̃ie de bonis pionialibꝫ: aut aliunde q̃ p ecclesiã q̃sitis. Item diuites et potentes non tenent qñ p fraudes vel minas vel importunitatẽ nimiã: vel alis recipiũt sine iusta cã. Secꝰ tñ si pter necessitatẽ: vel hospitalitatẽ recipiũt. Pilr si sunt bñ meriti: vel honesti et spũales viri: pfertz qz taz impenderũt ecclesie suã seruitiũ vel defendẽdo eam otra pdones: vel pstiterũt pociniuz in cã vel hmõi. Talibꝫ enim tenet ecclesia rependere vices. xij. q. ij. quicũq;. De materia clericoꝝ. vide singularia s. Clericus. iiij.

Nono, quid de platis ecclesiaꝝ q̃ pcuratõez vl seruitiũ aliq̃d impendũt legato vel alij: et pl'a subditis extorquẽt q̃z soluãt. Rñ. Ponal. q̃ sic extorta restituere debẽt: et tñdem paupibꝫ erogare.

Decimo, vtrũ qui sil'atione religionis aliq̃d acquirit: siẽ facit hypocrita teneat ad restõnez. Rñ. Alex. de Alexã. q̃ sic: q: ille qui dat aliq̃d hypocrite: quẽ extimat bonũ et religiosuz nõ dat p se loq̃ndo: z interpretatiue, viro religioso. vñ nõ transfertur dominiũ rei date hypocrite: pter qđ tenetur ad restõnem. Non ob. q̃ ille cui pfert pbenda ab epõ: qui creditur esse bonus: licet nõ sit non tenet ad restitutõnem: q: respondet q̃ non est simile: q: licet ille qui pfert illi pbendam credat illum esse castum: tñ ille cui pfertur: frandẽ nullam pmittit: pter quam illi pfertur: q: nõ sil'at se castum tali intentõne: vñ licet ingrediẽs sit malus. vtputa. fornicator. licit? tñ ẽ ingressus in pbendam. vnde nõ tenet restituere. Siz acquirens aliq̃d per hypocrisim tenet. q: ingredies est vicios' et vicios' ingressus. q: fraude et dolo ingredit. Siz si ingredẽs cognosceret: et ob hoc ei daret: tenetur cleric? resignare cognita veritate.

Cui autez debeãt restitui habita ab hypocrita: Rñ. Inno. in.c. q: pleriq;. de imu. ec. q̃ forte non tenet restituere illũq̃ decipit: q: psecutus est mercedem suã. Et dicit ibi panor. q̃ hoc ẽ notabile dñi debet q̃ dari paupibꝫ: nisi esset datuz aliq̃ spãli cã expressa, puta. in calicẽ: vel altare vel hmõi. Cauant q̃ sibi dñs clerici, et laici religiosi et heremite, q̃ ostendũt bonã vitã vt recipiant elymas.

Undecimo, quid si diues mentiendo se paupẽrem acquirat aliquid. an teneatur ad restitutõem Rñ. idem Alle. q̃ tenet ad restõnem eius quod p sil'ationem acquisiuit: z non tenet restituere ei a q̃ accepit. quia ille meritum tẽ. Sed tenet dare paupẽribus: quibus ille decidisset. si nõ erasset. si pset illi qui sunt.

Duodecimo, quid de mendicantibꝫ validis q̃ fingũt se infirmos: et nõ sunt. Et sicut dicit glo. in l. vnica. de mendi. vali. lib. xi. possunt fingere cum herbis et alijs medicamentis deformitates membrorum et egritudines corporꝫ. Rñ. Jo. de pla. q̃ inspicienda est pditio eorum. vt si in eis fuerit corporum integritas: et annoꝝ robustitas: eoꝝ inhertia sine miseratõne punisat. hoc modo. vt si fuerit seruus subdant dominio accusatoris. Si vo liberi: efficiunt coloni ascripticij. Et hoc quando fingũt infirmitatem. Qñ vo fingunt debilitatem: tunc si est forensis expellitur: et ad suas remittitur partes Si autem de vbe. debet compelli ad opera. et artes. et exercitia publica operanda: vt. d. l. vnica.

Tercidecimo, quid si meretrix dolo. fraude. vel plnasionibꝫ inducit aliquẽ vt ei donet. An teneatur restituere in foro pscientie. Et cui? Rñ. panor. in. d. c. q: plerisq;. fm Inno. q̃ nõ ppetit repetitio q: hinc inde versat turpitudo. vñ potior est pditõ possidentis. ff. de pdi. ob turp. cãm. l. vbi aũt. In foro aũt pnialiter est vtriq; pnia imũgenda fm eum q̃ est notabile. q: apte sentit q̃ talis non tenet ad restõnem in foro aie. Idez tenet Jo. an. vt ista nõ teneat erogare paupibꝫ. Pão. q: ius positiuz est p ea. Dicit enim q̃ meretrix turpiter facit: z nõ turpiter accipit: cuz sit meretrix: vt. l. iiij. ff. de pdi. ob tur. cãm. videt enim pcurrere equitas nãlis. Si enim nõ turpiter accipit: exq̃ est meretrix: q̃ nõ tenet restituere. Preterea fauet sibi ius naturale in retentione pter voluntatẽ dñi tradentis. Nã nil tam naturale q̃ vt acq̃sitio fiat fm volũtatẽ dñi ẽdentis vt dictũ est s. Idez tenet Ay. et dicit se rñdisse cuidam epõ q̃ meretrix de eo q̃ lucratur in meretricio põt facere testm̃: et disponere put vult nec eps põt illis taliter acq̃sitis apponere manũ: etiã post mortẽ meretricis. Secꝰ dicit Ay. in ea q̃ nõ est meretrix. Dicit enim q̃ lz dñium rez donataꝝ transeat in illam mulierem: tñ fiscus tanq̃ ablatoꝝ iniuste q̃siti: illud aufert p. l. j. ff. de iure fisci. Et dicit q̃ tales mulieres tenent in foro aie: hec turpiter acquisita restituere. Qđ placet panor. q: iste turpiter acceperunt: exq̃ nõ erant meretrices: in palã questiõ facientes. Cessat enim disposition. d. l. iiij. et etiã equitas nãlis. Et iõ Ay. etiã dicit q̃ peccat ille q̃ meretricibꝫ nõ seruat fidẽ pmissam: p rõnez allegatam q: sic nõ turpiter recipit: ita nec turpit stipulat seu recipit pmissionẽ. Et hanc opi. videt approbare Bar. in. d. l. iiij. Concludit q̃ Panor. q̃ meretrix turpiter nõ recipit bona: vel pmissionem. z q̃ de illis põt ad libitũ disponere licet psultius agat dãdo paupertibꝫ: matrie de bis q̃ p imoderatã improbitatẽ lucrata est. Secus in alijs mulieribꝫ nõ meretricib?: quia iste turpiter recipiunt dona vel pmissionem. vñ pmissione nõ põt agere. et recepta tenentur restituere et fiscus põt illa bona occupare Adde tñ predictis q̃ notat Tho. scõz scõe. q. lxij. q̃ si meretrix aliq̃d superflue: vel fraude: vl dolo extorsisset tenetur eidẽ restituere. Et hoc vr equum:

quia quo ad hoc iniuste recipit. et sic retinere non pōt. Nō nota.

¶ Quid aūt de alijs mulieribꝫ que non causa questus: sed libidinis male operanť: ꝛ multa munera ob hoc recipiūt ꝛ dant. An huiusmōi male ablata bincinde debeant dari pauperibꝫ. An possint restitui turpiter dantiꝫ? Quidam dicūt ꝙ vbi huiusmodi turpiter data ipso iure non applicanť fisco: nec priuate: licet turpiter accipiens nō cogatur restituere turpiter danti: tamen si vellet: posset restituere eidem danti. Nam nullo iure hoc prohibetur: et pene sunt restringende. Alijs videť ꝙ non turpiter danti: sed pauperibꝫ talia eroganda sunt: nisi ille turpiter dans esset pauper: ꝛ illi per ꝓfessorem darenť tanꝫ pauperi. Tamen tenendo opi. vv. ꝙ vbi restitutio nō est fienda certe ꝑsone: sed pauperibus eroganda ista restitutio est de cōsilio: nō de necessitate: ꝓterq̄ in furto. rapina. vsura. symonia ꝛ hmōi: tūc prima opi. tolerari posset. ¶ Et hoc facit ad multa.

¶ Quid autem si sit indebitum iure ciuili tm̄: vt si legatum de quo potui detrahere falcidiam ſm leges: illud integre solui credens sufficere hereditatem ad omnia. An teneatur legatarius mihi restituere? Inno. in. c. qꝛ plericꝫ. de immu. ecc. tenet ꝙ non: quia licet ius positiuum disponat sup huiusmodi falcidia: equitas tm̄ naturalis q̄ oritur ex dispositōne testatoris est ꝑ legatario. Hosti. dicit hoc dictū Inno. ꝓcedere in herede q̄ soluit p iurꝫ ignorantiā. Si ei errauit i facto: ꝑtit repetitō p l. erroꝛ. ¶. ad. l. fal. idem: tenet Bar. in. d. l. erroꝛ. set in auť. ß cum testatoꝛ. eo. ti. vbi dicit ꝙ si heres solvit ignoranter ignorantia facti in nullo sibi preiudicat. quia etiam solutū repetit. d. l. erroꝛ. Si vo, solvit indebitum ignorantia iuris: nocet in eo quod soluit. d. An. dicit illam. l. ꝓcedere in foro ꝓtentioso: sed in foro anime loquiť Inno. Ipse tamen sic distinguit. ꝙ aut testatoꝛ vetat in testamento falcidiam detrahi. ꝛ tūc legatariꝰ tenet cū bona ꝓscientia illa bona: etiaꝫ si testatoꝛ fuisset ignarꝰ sui patrimonij: licet aliud dicat lex fori ꝓtentiosi. vt in dcā auť. ß cum testatoꝛ. Moueť: qꝛ habemus certum fundamentū. s. voluntatem defuncti: nec aliqs erroꝛ cadere pōt voluntate defuncti impleta. Si autem testatoꝛ nō vetuit: tūc si ꝑsona ē ignara ꝛ grossa verisiliter ignorans detractōez falcidie: idem dicendū. s. legatariū iuste tenere in foro anime: quasi tūc ꝓsensus testatoris ꝑcurrat in solutōne totiꝰ legati. Si aūt testatoꝛ erat ꝑsona instructa in iure: seu certificata de lege falcidia. tūc dicit se credere ꝙ legatarius teneať restituere qđ habuit ꝓtra legem falcidiam: siue erroꝛe facti: siue iuris heres soluerit legatū integrum: qꝛ cum possibile sit testatoꝛez voluisse vt falcidia detrahať: ex quo erat sciens et nō ꝓhibuit: ꝓsultuꝰ est vt legatariꝰ restituat: vt sic satisfaciat volūtati defuncti. Naz in dubijs tutioꝛ via est eligenda. ¶ Et panoꝛ. in. d. c. qꝛ plericꝫ. dic. d. Antoni. bāc. q. decidisse ſm tacitā voluntatez defuncti: ex q̄ insurgit obligatio nālis. lz lex positiua alr disponat in foro ꝓtentioso. Et sic vult indistincte vt illa eq̄tas nālis ꝑferať in foro aīe dispōni iuris positiui. Nō est notandū. Plo. tm̄ in. c. fi. de solu. videť distinguere. ꝙ aut fuit debitū naturale: tm̄ ß ciuiliter indebitū. ¶ Et tūc: aut erroꝛe iuris fuit facta solutio: ꝛ nō ꝓpetit repetitio. Aut erroꝛe facti: ꝛ pōt repeti. ¶ Exemplū. heres volēs retinere falcidiā soluit legata integra credēs se tenere: certe nō pōt repetere: qꝛ errauit in iure. Si autē credebat hereditatem esse sufficientē: tūc repetit: qꝛ errauit in facto. vm̄ erroꝛ iuris nō excusat: vbi debitū naturale ꝓcessit. Secus in erroꝛe facti ꝓbabilis. Aliud ē indebitum tm̄ iure naturali: vt est illud quo per ꝙ rographum quis obligatur spe future numeratō nis. qui tale indebitum soluit: repetit. Aliud ē indebitum naturaliter ꝛ ciuiliter. et taliter solutuz q̄ cunq̄ ignorantia: repetitur. vt ¶. de ꝓdi. inde. l. j. Si sciens se nō debere: soluit: non repetit: quia donare videtur. ff. de ꝓdi. inde. l. j. Quo tamen ad q̄stionem nostrā principalē: opinio. d. Antoniꝰ videtur tenenda: quia fundata sup ratione naturali

Restitutio.xv.

¶ Primo queriť. Pone expoliati iḡr̄ ter ac heredes eorū. talia sunt incerta et debent distribui in pias causas. An debeāt distribui in loco: vbi rapina vel vsura facta est. Ino. dicit restōnez fiendā pauperibꝫ illiꝰ loci: vbi pecunia fuit extorta: qꝛ inter illos facilꝰ poterūt reperi hēdes illoꝝ: vel is cui damnū datū est. Fede. aūt dicit ꝙ lz hoc sit ꝓsilū: nō tm̄ de necessitate est. vm̄ satis est ꝙ restituať pauperibꝫ. Nō placet panoꝛ. in. c. cum tu. de vsur. Idem vv.

¶ Scōo q̄ro. nunq̄d ista restitutō incertoꝝ ꝓtineat ad epm. an ad alios ꝓfessores. Ric. in. c. religiosus. de testa. li. vj. q̄rit an executores deputati p testatoꝛē possint dispensare male ablata incerta? Ric. ſm Archi. ꝙ sic: p ter. illū. imo plus ꝙ epm. Et hoc idē potuisset. p hoc all'at. c. cuz tu. de vsur. Et Vg. dic se nō dubitare ꝙ epi nō hūt se de his intromittere: nisi in defectuz: vicz qñ nō ē a testatore aliqs deputatꝰ ad hoc. Idē Lap. ab. q̄ dicit epm si bi posse reseruare absolutōez pcti: nō aūt dispensationē incertoꝝ. Idez Jo. cal. ꝛ Bñicus de scō miniate. Jo. de lig. dicit ꝙ opi. Archi. de iurꝫ rigore ē vera: ß alia opi. Hos. q̄ voluit ꝙ talis distributio ptineret ad epm: seruāda ē de eq̄tate. Lap. ab. dic ē pdictas opi. ad ꝓcoꝛ. p hāc viā. ꝙ quedā sūt male ablata incerta. in q̄bꝫ transferť dñiuz in possessoꝛē nec ꝓpetit repetitō. vt. xiij. q. v. nō sane. Et tūc ꝙ cedit opi. Archi. Quedā sť in q̄bꝫ dñiuz nō transferť: ꝛ ꝓpetit repetitō. vt ex ō deci. ex trālissa. Et tūc hz locū opi. Jo. Nō. Nō diuersitatē. qꝛ in primo casu: ille q̄ hz male ablata pōt facere elymam: et hz ius dñij: licet illicite. Et ideo ō suo pōt elemosynā ꝙ se vel p aliū facere: distribuendo ꝑsertim pauperibus. vt in. d. c. nō sane. In scōo vo casu: nō pōt inde elemosynā facere: nec hz ius dñij: vel si hz nō hz ꝑfecte: quia ꝓpetit eis repetitio: vel eoꝝ heredibus: quoꝝ fuerūt male ablata. Hz Ge. dicit ꝙ ista distinctionem Lapi destruit text. in. c. sic̄ dignuz.

de homi. ℣. eos. qui loquit in rapina: et sic in casu quo ꝓpetit repetitio. Et tamen text. dicit q̄ distributio ibi facta pauperib⁹ p eos qui extorserūt: eis nō ꝓdest cuz extarent illi quib⁹ debebat fieri restitutio. ergo si illi nō extarent videt velle tex. q̄ pro fuisset illis talis distributio. Unde credit Ge. q̄ si in veritate apparēt illū dispensasse sine fraude: q̄ valeret talis distributio. Sco. etiam in. iij. dis. xv. loquens de incertis dicit. nō inueni quis necessario sit determinatus mediator in istis incertis dispensandis pauperib⁹. Sibi tñ videt q̄ quis talia ꝓ seipm: ꝑsilio nihilominus boni viri pōt pauperibus erogare. Idem tenet Tho. Quidā tamē excipiunt alium casum vltra ꝓdictum. vicz in incertis publicoꝝ vsurarioꝝ. Item et tercio pōt excipi tercius casus. qñ executores: vel sacerdotes parochiales: aut religiosi male dispensarent talia incerta. q̄ vt dictū est ℣. Religio primo. ℣os hz iurisditionem etiā in exemptos. vt dicit zab. in cle. j. de testa. Et ſm pau. eps pōt executorez ab officio removere ꝓpter suspitōez: etiā ſm zen. z Lanō. si exempti essent rōne delicti: etiā si testū esset factū in loco exempto: q̄ ordinarius hoc casu ꝓcedit vice pape. Et dicit zab. q̄ illa de. loquit de quacūq̄ vltima voluntate: etiā si esset donatio causa mortis. Quo tñ ad incerta manifestoꝝ vsurarioꝝ. an ꝓpetāt epis illoꝝ distributio. Panor. in. c. cū sit. de iudeis dicit non modicū animaduertere q̄ null⁹ tex. facit mētōez de epo: nisi. d. c. cuz sit. ℣z ille tex. si bñ pōderet nō dicit q̄ eps debeat distribuere: ℟ ſm ꝓuidentiā suam. Et ideo dicit q̄ dispensatio male ablatoꝝ: pōt fieri p eum qui tenet restituere: vel p eum de quo sibi ꝓuidit. ℟ ſm ꝑsilium et ꝓuidentiaz epi. Et sic saluant oēs opi. hec panor. Nota ergo panor. in eo qđ dicit q̄ nullus tex. facit mentionē de epo: nisi. d. c. cuz sit. ergo sequitur q̄ p. c. q̄ꝫ. de vsur. li. vj. nō pōt ꝓcludi q̄ distributō incertoꝝ manifestoꝝ vsurariorū ꝓtineat ad epm. Sup quo. c. quidam se fundare nituntur. Ad dictū tñ. c. cum sit. aliter rñdet panor. q̄ loquit de iudeo qui erat ſuspectus de restōne: maxime q̄ erat fiēda inter pauperes xp̄ianos. Et Jo. cal. in quodā cōsilio. dicit exp̄sse q̄ eps nō pōt ꝑ statuta synodalia sibi reservare dispensatōez incertoꝝ. Idem Vg. z frater Clarus. dicentes q̄ nō pōt eps excōicare ꝺ iure sacerdotes: qui se intromittūt de dispensatōe incertoꝝ. Idem Archi. ſ. qui addit q̄ caueat diligenter qui ꝑ alium restituit: z ita caute faciat: vt recipiat qui debet: et nō ille retineat sibi. q̄ ꝑ hoc nō esset liberatus. Hoc intellige duz scienter. Als ignrantia ꝓbabilis bene illū excusaret.

tionis teneꝛ ad tale ius reddẽdum. Sz si iudex sit laicus ⁊ sup re tpali iudicet nõ est symonia, licz alias grauiꝛ peccet. Silr testificari in causa spũali sicut ẽ mrimonial'. decimis ⁊ hmõi ꝓ pecunia: symonia est. In aliis ãt casibꝫ ⁊ si nõ symonia sit. tñ iniustũ ẽ Et ex hoc sequiꝛ ꝙ cũ sigillũ iudicꝫ nõ sit nisi testimoniũ iudicij. nõ appaꝛet qũo ꝓ sigillo suo iudex possit aliqd petẽ nisi forte expẽsas cere sigillatoris ⁊ clericoꝝ ad hoc deputatoꝝ. Prestare aũt ꝓsiliuꝫ vt iuris spitus vel ꝓcinctũ vt ꝓcuratoꝛ vel aduocatus nõ solũ in cã tpali. ꝫ etiã spũali ꝓ pecunia. nõ ẽ symoniacũ nec pctũ fm Pe. de pal'. Doctoꝛ ꝓ doctrina põt recipe pecuniã a scholaribꝫ. nõ q̃si vendẽs veritatẽ ⁊ sciam. ꝫ q̃si locãs opas suas. q̃ñ videlicet ad hoc nõ teneꝛ ex officio. Nã si ad hoc teneꝛ ex officio: intelligeretur ipam veritatẽ vẽdere. vñ q̃uiꝫ peccaret. sic ptz ĩ illis q̃ instituunt in aliqbꝫ ecclesijs ad docẽdũ clericos ecclesie ⁊ alios paupes. ꝓ q̃ ab eccl'a bñficiũ recipiũt nõ lꝫ eis aliqd accipe fm Tho. Sz Io. dicit ꝙ si est magister nõ ãnexũ sufficiẽs bñficiũ vel salariuꝫ uõ licz eis a scholaribꝫ aliqd exigẽ. Aliꝫ talis symoniã ꝓmittit .j.q.iij. vendẽtes. Sponte tñ oblata recipe potest Sz si nõ ẽ ãnexũ tale bñficiũ vel salariũ ꝙ sufficiat ei. põt accipe collectã ꝓ laboꝛe suo: nõ solum ab extraneis ꝫ etiã a clericis eccl'ie. nõ tñ a paupe. cũ ipe potiꝰ debeat pauperi ꝛbuenire. Et tal' exactio ñ dz esse coactoꝛia. vt ꝙ nisi soluãt expellet eos a schol'. aut accipiet res eoꝝ. ꝫ exponat inopiã suã.

¶ Pro doctrina theologie aliqd accipe dicẽ pe. de pal'. in. iij. ꝙ vr symonia: etiã si nõ ꝺ aliis sciẽtijs.

¶ Magister si nõ vult ꝓcedẽ festũ alicuiꝰ sci qõ ẽ colendũ ad celebrãdũ nisi ꝓ pecunia data ẽ symonia. qꝛ vẽdit spũale ad qõ teneꝛ. d.c. vẽdentes. Et si festũ nõ celebrãdũ vult feriare nec vult legẽ ĩ eo nisi ꝓ pecunia symonia ẽ. g̃ ꝓclude fm Pe. de pal'. ꝙ ꝓ licẽtia docẽdi ĩ q̃cũq; facultate dare vl' accipe gras oblatũ. nec ꝓ laboꝛe. lꝫ. Sz fm Ri. q̃uis pro dando talẽ licẽtiã exigẽ sit illicitũ. nõ tñ est ꝓprie symoniacũ. vñ glo. in. c.j. de magi. dicit ꝙ est q̃si symoniacum. Et fm Fran. de zab. si eps ꝓ pecunia dat licẽtiã eundi ad studiũ. mortaliꝫ peccat qꝛ dat ꝓ pcio qõd gratis dz. d.c. vendẽtes. nõ tñ symonia est ibi. sed turpe lucrum.

¶ Vtꝛ ꝓmittat symoniã q̃ debitoꝛi suo dat aliqd spũale. vt recuperet qõd suum est. Rñ. fm Tho. et Vl. ꝙ symoniã cõmittit.

¶ Vtꝛ laicus q̃ recipit pecuniã vt restituat eccl'ie decimã quã tenebat: symoniaꝫ cõmittat. Rñ. fm Io. si laicus nõ vult decimã dimittẽ nisi ꝓ pecunia symoniã ꝓmittit ex pte sui. ꝫ eccl'ia bene põt redimere.

¶ Vtꝛ si aliqs ꝓ mea ordinatõe vel ꝓmotõe pecuniã offeraꝛ. nunqd ego dicar symoniac⁹. Rñ. fm Io. ꝙ si q̃s offeraꝛ pecuniã vel pces ꝓ me. vel ꝓmittat pecuniã si exp̃sse ꝺixi. nõ obstat mihi. exẽ eo. nobis. Dec⁹ si me sciente ⁊ ꝓsentẽte. tunc dicoꝛ intꝑponere voluntatẽ meaꝫ. Et idõ q̃ntũcunq; occultũ sit. symonia ẽ. ⁊ renũciare debeo. si aliam salvare volo. Si vo fit penit⁹ me ignoꝛãte. ⁊ ab inimico volẽte ꝓmotionẽ meã ipedire nõ ꝓmittit symoniã q̃ ad me ne ex dolo suo repoꝛtꝫ qõ intẽdit. d.c. nobis. Si aũt amic⁹ m⁹ us dedit pecuniã ꝓ ꝓmotione mea symoniace ꝓmouꝛ. ꝫ nõ sic symoniacus sum. s. cũ fit me ignoꝛãte. tñ renũciare teneoꝛ. extra eo. de regularib⁹. Con. Inno. Sz Vl. dicit. ꝙ si me sciẽte ꝓmissa ẽ pecunia ꝓ mea ꝓmotione: quã postea solui vel etiã iã solutã restitui. lꝫ ĝuiter peccauerim ⁊ lꝫ i maleficijs ratihitio retrotrahat ⁊ mãdato ꝓpet. tñ põt eps dispẽsare. qꝛ reuera nõ fui symoniac⁹ in receptõne bñficij. sic notat Can. Dicit etiã Inno. in. c. tãta. extra eo. si q̃s obtinuit ordinẽ vel beneficiũ alio dãte pecuniã. dũ tñ non ordinatoꝛi. nõ est symonia. etiaꝫ si sine pecunia nõ erat obtẽtur⁹. Si aũt ordinat⁹ ipe pecuniã dedit ꝫ etiã si sine pecunia habitur⁹ erat ordinẽ symonia ẽ Itẽ Guil. dicit q̃ dat pecuniã alicui ex familiaribꝫ ꝓlati vt sibi det ĩgressũ ad ipm ⁊ intẽdat q̃d spũale vt ordinẽ vel bñficiũ obtineat. neuter symoniã cõmittit. Sz si dat vt faciat vbũ ꝓ eo ad ꝓsuadendũ vel ꝓsulendũ ꝓlato de collatõe illi⁹ spũalis. vterq; symoniã ꝓmittit. j.q.v. q̃cũq;. Pecuniã ãt quã recipit mediatoꝛ ꝓ se retinere ñ ꝓt ⁊ symoniacus est .j.q.j. si quis.

¶ Vtꝛ ab ordinãdo vel eligẽdo aliq̃ cautio vel ꝓmissio peti possit. Rñ. fm Ray. Vñ ordinationẽ seu etiã electionẽ ab eo q̃ eligẽdus est. nulla cautio vl' ꝓmissio peti ꝓt. Et si ꝓstat symonia ẽ. qꝛ vr facẽ ad hoc vt eligat'. viij.q.iij. talia. Sz post electionẽ bene ꝓt. qꝛ tũc nihil sperat ab eis. dũ tñ nõ fiat ex pactione ꝓcedẽti. viij.q.iij. artaldus.

Symonia.ij. ĝntũ ad beneficia seu dignitates: de quo plura habes in ꝓcedẽti capĩo.

¶ Quid si q̃s bñs a sede aplica lras sup ꝓuisione alicuiꝰ bñficij recipiat aliquã pẽsionẽ vel aliqd bñficiũ vt renũciet lras. Rñ. fm Io. Si ex pactõe ptium ꝓ aliq̃ tpali fiat hmõi renũciatio: symoniacũ ẽ. Si vo ex officio iudicꝫ vel bonis viris mediantibꝫ pure renũciet ⁊ ex alta pte aliqd tpale det ei. nõ ẽ symoniacũ. extra de renũ. sane. ⁊ c. veniens. Silr si renũciet talibꝫ lris ex eo ꝙ assignet sibi spũale. i. beneficiũ. nõ ẽ symonia. etiã si ex hoc pacto renũciet. Est enĩ q̃si ꝓmutatio de spũali ad spirituale. Con. Inno.

¶ Vtꝛ resigꝛe aliqd spũale ꝓ pecunia vel ex pacto sit symoniacũ. Rñ. fm Bof. lic. exẽ eo. q̃relã. dare. n: intelligiꝫ q̃ qõ sibi cõpetit remittit. viij.q.iij. talia. Idem Hostiẽ.

¶ Vtꝛ ab eo q̃ recipiꝫ canonic⁹ vel monach⁹ vel ꝓsecrat eps ⁊ hmõi. possint exigi q̃dã ex ꝓsuetudie Rñ. fm Vl. Si obtineꝫ aliqd tale ꝓ exactionẽ iudicij vel ꝓuisionis vel pactũ siue aũ siue p⁹: symonia ẽ. etiã nulla ꝓsuetudie obstãte. exẽ eo. c.j. ⁊ c. sic ꝓ certo. Si vo sponte offeraꝫ rõe ꝓsuetudinis vel charitat⁹. etiã si fuerint excitati ꝓ spũale bñficium nõ ẽ symonia. j.q.iij. ĝpio. Et lꝫ illi q̃ solẽt hoc recipere: nõ possint hoc exigere ex ꝓsuetudine tñ pñt monẽ illos vt bonas ꝓsuetudies seruẽt. ũ tñ debẽt eos artare ꝓ sbtractionẽ sacroꝝ et hmõi. ꝫ sunt ꝓ supioꝛẽ cogendi. extra eo. ad apostolicã.

¶ Vtrũ possint recipi nũmi crismales q̃. ꝓ crisma

te dant. Rñ. nõ excusant a crimine symonie. z illi q̃ rei nomẽ z tps solutõis mutãtes numos quos pmo crismales eo q̃ p crismate seu crismatõe dare nẽ. scdo paschales. z tercio consuetudinẽ medie q̃dragesime nũcupant.

¶ Quid si aliq̃s dedit alicui laico aliq̃d vt nõ molestet: siue nõ impediat electõez. Rñ. si nõdũ erat ei ius q̃situ. qz scz nõ erat elect⁹: credo symoniã cõmissam. Secus si postq̃ electus fuisset. ex eo. dilectus. vide de hoc s. c. p̃cedenti.

¶ Quid si cleric⁹ q̃ vult recipi in canonicũ alicui⁹ ecclesie det illi bona sua. Rñ. fm Jnno. si largiat cũ cõditõe vel pacto vt recipiat in canonicũ z illa retineat p p̃benda: symonia ẽ. Si vo pura intentione deuotõis offerẽs rogat q̃ admittat z q̃ bona oblata liceat sibi hre p p̃benda z clerici pura intentione cõsentiũt: nõ ẽ symonia. q̃ li dans tali intentione ducat p̃cipaliter vt p tpalia hẽat spũalia: z illi aliter nõ recipent eũ: ex vtraq; pte ẽ symonia: ꝫ tñ mẽtalis. Con. Jo. De p̃bendis aũt q̃s de nouo cõstituit q̃s in ecclesijs põt retinẽ ius patronatus inppetuũ vel ad tps vt ipse vel heredes eius p̃tent quẽ volunt ad ipas fm Guil. Hoc tamẽ verũ tpe p̃stõis de ꝑsensu epi z fratrũ: si ibi sẽt aliq̃. Alis non posset tale ius retinere fm eundẽ Guil.

¶ Quid si in fundatõe ipsi⁹ ecclesie fiat talis p̃stõ. Quicũq; dederit tantũ in redditib⁹ vel tantã q̃ntitatẽ q̃ possint emi possessiones taliũ reddituũ recipiat in canonicuz. z qõ dederit hẽat p p̃benda. nunq̃d ẽ p̃stõ licita. Rñ. fm Guil. Si fiat ita q̃ ñ duret inppetuũ. ꝫ ad tps nec fiat in fraudẽ symonie. z ea sit intentio cõstituẽtis q̃ nõ p reb⁹ dãdis ꝫ p̃cipal⁹ ꝓpt cultũ diuinũ augmẽtandũ z ꝓpter deuotionẽ dantis recipiat ad spũalia: põt tolerari dũ tñ ille q̃ recipit sit dignus.

¶ Quid cũ dicũt sibi aliq̃ canonici maiores canonizem⁹ nepotes nr̃os. placeat tibi de meo z nubi placebit de tuo vel de eo q̃ dicit. nũq̃ me viuente fiet aliq̃s canonic⁹ in ista ecclesia nisi fiat talis pro quo rogaui. Rñ. fm Ray. Symonia cõmittit in vtroq; casu. j. q. iij. q̃pio.

¶ Quid si dicat vn⁹ canonic⁹ alteri. Tu fuisti exaudit⁹ in vna petitõe. z ego debeo exaudiri in alia Rñ. fm Ray. si p̃ces sẽt spũales: nõ ẽ symonia. Si vo sunt p̃ces carnales vel ex pacto q̃ndã facto vel nunc faciendo: symonia est. Jdẽ Ol.

¶ Quid si ꝑ pecunia recipiat aliq̃s ad fuiendũz hospitali z hmõi. Rñ. fm Guil. Si in p̃dictis casibus cõsequit aliq̃d ius spũale: symonia est. Si aũt nõ cõsequit. ꝫ recipit ad hoc solũ vt seruiat. nõ est symonia. lz al's sit turpe dare vel accipe p talibus.

¶ Quid de illis q̃ emunt victũ vni⁹ monachi ad totã vitã suã. Rñ. fm Guil. nõ est symoniacũ. ex quo emptor nõ consequit aliq̃d spũale.

¶ Quid de his q̃ cõsanguineis suis cõferũt beneficia p̃cipal⁹ ꝓpt cõsanguinitatẽ. Rñ. fm Tho. Talis collatio illicita ẽ. nõ tñ est symoniaca. q: nihil recipit. Si tñ aliq̃s det beneficiũ alicui hoc pacto vel intẽtione vt exinde suis cõsanguineis ꝑui deat est maifesta symonia. Et Guil. addit q̃ si q̃s cõsanguineo suo beneficiũ cõfert vt ipse cõferens magnificẽt vel fiat potentio: vel vt pentela eius exaltetur z hmõi: symonia ẽ. quia respicit tpalem vtilitatem.

¶ Vtrũ q̃ dat pecuniã vt eligat in impatorez vel rectorem alicui⁹ ciuitatis sit symoniacus. Rñ. fm Jo. q̃ est symonia. q: ptãs spũalis est. Sz verius est fm quosdã q̃ est turpe lucrum nõ symonia. q: ptãs terrena nõ est quid spũale.

Symonia.iij. Quo ad fructus beneficioꝝ.

¶ Quid de epis̃copis qui ecclesias cõferunt retẽtis sibi fructib⁹ vel aliq̃ eoꝝ pte Rñ. fm Ray. Distingue cũ Jnno. Mã si ille qui dat beneficiũ: anteq̃ daret nõ p̃cipiebat. puentus ꝫ ex datione beneficij cõsequit eos: non est dubiũ inuenire symoniã. Si vo ante datõnẽ bñficij p̃cipiebat. puẽtus: põt q̃dẽ retinẽ ex iusta cã z necessaria. ꝫ nõ põt tenẽ si ꝓueniat cũ eo q̃ recipit bñficiũ seu cũ alio mediatore vt cõcesso beneficio ipse retineat. puẽtus. ex vt ec. bene. c. vt nostꝝ.

¶ Vtrꝫ clericus possit vendẽ ad tps fruct⁹ beneficij sui. Rñ. licitũ est ad tps modicũ. ex ne p. vi. s. c. fi. Sz ad totũ tps q̃ vendito: tenet bñficiuz nõ est ꝓhibitũ. Nõ tñ ẽ honestũ intelligẽdo sp ita q̃ nihil spũale inueniat. ex de re. p. ad qõnes.

¶ Vtrꝫ epi vel p̃lati alij possint cõcedẽ vices suas sb censu ãnuo. Dic q̃ nõ. ex ne p. vi. su. c. j. ij. z iij. Cũ eis tale ius sit spũale. nõ ẽ dubiũ q̃ ꝑ eo aliq̃d dare vel accipe symonia ẽ. Sz q̃ epus cõmittat alicui pure z simpl⁹ vices suas sub censu ãno z tali vicario ꝓstituat salariũ: nõ ẽ pctũ: ꝫ poti⁹ ad hoc tenet. xij. q. ij. charitatẽ. Et vt dicit Jo. sicut p cõmissionẽ iurisditõis ñ lz recipe certã pecuniẽ q̃ntitatẽ: ita min⁹ lz recipe quotã. i. ptẽ puẽtus. Et nõ fm Jo. q̃ p̃lat⁹ vel rector ecclesie p̃sbyter⁹ illis q̃s ipse ꝓducit vel locat fruct⁹ ecclesie. põt etiã ꝓmittẽ curã aiaꝝ. dũmõ ẽtis z sine pactõe aliq̃ inueniente aucte epi. ex de of. vi. ad hoc. Sine ãt auctẽ epi iminẽte. pfectõne necessaria posset cõmitti ad modicũ tps p vnũ vel paucos dies. ꝫ non diu: q: nec pegrinari põt sine licẽtia epi. de ꝑse. di. v. nõ oz. q̃ li p pecunia cõmittẽt vel locaret: symonia ẽ. Sedo nõ q̃ cũ p̃lat⁹ vendit oẽs obuẽtões ecclesie: como dũ iurisditõis trãsit cũ aliis: nisi fuerit excepta iurisditio. p se tñ iurisditio vẽdi nõ põt fm Jo. Tercio nõ q̃ fm glo. sup. c. ij. ne p. vi. su. p̃lat⁹ nõ solũ iurisditionẽ spũalẽ. imo z tpalẽ vendẽs: symoniã cõmittit. Nõ dictũ fm. d. An. intelligẽdũ ẽ de iurisditõe tpali q̃ q̃s hz ab ecclesia: q̃ iudicat q̃d spirituale. vñ respectu ei⁹ a q̃ ipsa iurisditio dep̃ndet ãtiã hz põt iudicari spũalis vel ãnexa spũali. Nõ ãt dicit Jnno. q̃ vendẽs iurisditionẽ tpalẽ nõ cõmittit symoniã. lz al's gũit peccet: intelligit de iurisditõe tpali: quã q̃s hz a ptãte tpali. Quarto nõ q̃ cũ loco tibi ecclesiã meã z cũ sis p̃sbyt⁹ locas opas tuas vt tibi officies nõ hitur⁹ ibi aliquã iurisditionẽ nõ ẽ symonia. Et in hoc nõ hz ꝓpue locũ locatio z conductio. Sed p̃sbyter debet grat⁹ officiũ facere et ille gratis expẽsas. Et fm Sof. si locatio fiat vltra tps vite locantis: nõ valet vltra. q: clericus intra tps vite locantis: nõ valet vltra. q: clericus intra tps vite locantis: nõ valet vltra. q: clericus int

ſyſ.q.vj.illud. Quinto nō ſm Inno.q cū locatio
fit vltra tps vite locatis. Siquidē ſit facta noīe ec-
cleſie ⁊ vtilit ſucceſſor teneť ad illā.ex de ſol'.c.j. Si
autē locatio facta ē noīe ipſi⁹ cui⁹ eſt eccleſia ⁊ non
intēdebat eccleſiā obligare:nō teneť ſucceſſor. Sz
ductor ſiue emptor iā aliq̄d ſoluit tūc ſm Mo.
teneť ſucceſſor hōe ratū in q̄tū pecunia verſa eſt in
vtilitatē eccleſie. Sexto nō.q lz rector ecclie poſſit
q̄nq; eā locare vltra tps vite:nunq; tū canonicus
pōt vltra vitā locare pbendā ſuā. Septimo nota.
q ſi cleric⁹ vel religioſus vendat oblatum panē in
altari a populo vel cerā vel alia ſibi data elemoſy-
naliter.vt fruct⁹ decimar; nō ē ſymonia.q; ſpūalia
nō ſunt:nec in aliq̄ peccat ſm Archi. Panē autē
benedictū vendē eſſet ſymoniacū ⁊ multomagis
ius pcipiendi decimas q; ſpūale eſt.

Simonia.iiij. circa funera.

An p exequijs defunctor; aliq̄d reci-
pi poſſit. vide ſ. Sepultura pmo.

Quid ſi apud eccleſiam ſint diuerſa cymiteria ⁊
taxeť p quāta pecunia q̄s ponať in tali cymiterio
Rū.ſm Mo.ſymonia ē.extra eo.audiuimus. Et
eodē mō ſi p pecunia crux ſpālis poneť ad funus
d.c.audiuimus. Idē Dic.

Quid ſi clerici cōſueuerūt hōe lectū vel pannos
equū vel hmōi de monete.⁊ aū portationez faciūt
pactū de redimēdo. Rū.ſm Mo.q; hec tpalia ſt.
licitū eſt. Sz ſi nolent ſepelire corpus niſi fieret eis
cautio de redimēdo talia: ſymonia ē. Sz in talib;
pius ſepeliať corpus.⁊ poſtea agať ꝯ heredes.ex-
tra eo.ad apoſtolicam.

Quid de pceſſionib; q̄s faciūt aliq̄ eccleſie colle
giate in exequijs mortuor; data vel promiſſa aliq̄
pecunia:ſine q̄cunq; re tpali.al's nō facturi. Rū.
ſm Ray. Si teneńt ad hmōi ex officio:ſic exigere
aliq̄d ſymonia ē.j.q.iij. vendētes. Si vo nō teneť
⁊ deficit ſumptus:tunc nō eſt ſymonia.

Vtrū liceat ſtatuere vt pceſſio fiat p pecunia.
Rū.ſm Ray. Si ſtatutū fiat p verba affirmati-
ua.puta. Quicūq; reliq̄rit collegio.x.habeat pceſ-
ſionē.⁊ al's ad eā nō teneāt nō ē ſymonia. Si autē
ſtatutū fiat p verba negatiua vt q nulli fiat pro-
ceſſio niſi reliq̄rit tātū:ſymonia eſt.q; tollit officiū
pietatis. Lon. Tho.⁊ Vl.

Simonia.v. Quo ad religio-
nem.

Quid fiet q̄ in aliq̄ religione aliq̄
ingreſſi ſť p ſymoniam. Rū.ſm Tho.⁊
Ray. Si ſymonia fuit; cōmiſſa ſcientib; ipſis q re-
cepti ſť:de ſuo monaſterio debēt expelli ſine ſpe re-
ſtitutionis.⁊ ad agendū ꝑpetuā pniam ad locuz
artioꝛ regule reduci.ex eo.q̄ſi. Et ſi nō inueniť
artioꝛ regula.debēt mutari in aliud monaſteriuz
eiuſdē regule. Et ſi nō pt comode fieri:fiat ad tps
⁊ poſtea recipiať de nouo. Si aūt ſymonia fuit cō-
miſſa ipſis ignorantib; ſufficit q renūcient loco:⁊
poſtea poterunt de nouo recipi:mutatis tū pius
prioꝛib; locis.extra eo.ex inſinuatōe. Et intelligūt
Ray.⁊ Guil.q pdict⁹ rigoꝛ ſeruādus ē etiā in oc-
cultis ſymonijs ⁊ in foꝛo pūiali.lz nō cōſtet de cri-
mine p inq̄ſitionē vel in forma iudicij.ar.d.c.q̄ſi.
qō nihil loquiť de inq̄ſitōe vel accuſatōe. Intelli-
ge tū occultā ſymoniā nec mētalē tūm.q̄ p ſolā peni
tentiā purgať. ℔ adextra ꝓcedentē.ſ.p pactionez.
vel cōuētionē vel aliud ſiſte.⁊ ſi alijs pſonis ſit oc-
cultū.cū talib; etiā ſm Ray.pōt dici q in fauoꝛez
religionis eps pōt diſpēſare ⁊ in oꝛdine ⁊ in loco.
Sitr pōt diſpēſare cap'm vel plat⁹ eoꝝ.dū tū ipſi
ū fuerint pncipes ſymonie.q; cū ex hoc ſint puniē
di:ū debēt ex eodē facto p̄uilegiū obtinē. Ymmo.
videnť amiſiſſe ptātē talē recipiēdi. Tales autē q̄
ſic cōmiſerūt ſymoniā in hmōi ⁊ pncipes ei⁹ ⁊ con
ſanguinei q̄ dant dotes incurrūt excōicatōnē ſm
extraua. Vrbani.nec abſolui pōť niſi a papa. Dic
tū Archi.flo.ſe audiuiſſe q Martinus.v.habuit
dicē q nō volebat has pſonas incurrē has cenſu
ras ꝓpē dotes q̄ dank monialib; p ingreſſu mona
ſterioꝛ. Et ido notandū q p ingreſſu religionis
monachoꝛ ſeu monialiū nō licz aliq̄d exigere vel
accipe q̄ſi pcū. Spōte tū oblata q̄ntacūq; ſint.nō
inueniēte aliq̄ corrupta intētione: lz accipere. Et
in hoc oēs doc.cōcoꝛ. Licitū tū eſt ſm Tho. ꝓpter
deuotionē:quā q̄s oīdit ad monaſteriuz; largas
elemoſynas facē.vt faciliꝰ in monaſterio recipiať.
Dic licitū ē ecōuerſo aliquē ꝓuocare ad deuotōez
monaſterij per tpalia būficia vt ex hoc inclineť ad
monaſteriū ingreſſū.hec Tho. Nō ē intelligēdū ita
tū q illō tpale qō dať:nō ſit pncipale motiuū ꝓpē
qō cōcedať vel grāť religionis ingreſſus.q; tunc
eſſet ſymonia. Sz ſi monaſteriū ē tenue ita q non
ſufficiat ſuis.an poſſit hū intentio a religioſis illis
recipiēdi tpalia. Quidā dicūt vt Vl.q in tali caſu
oblatis ſpūalib; ētis:pōť hōe intētionē recipiendi
tpalia ab ingrediēte ꝓ ſuſtētatōe vite ipſius ⁊ pōť
etiā paciſci determinatā ſummā tpaliū. Et qō videť
ꝺaū ex.d.c.q̄ſi. Ibi ſb ptextu pauptat⁊ intelligiť
ſm Ray.cū hoc fiebat in fraudē. Et p declaratōe
p̄dictor; ponenť due cōcluſiones q̄ cōiter eliciunť
a doc. Prima q nulla pactio de tpalib; dz interue-
nire etiā ſi monaſteriū ſit tenue. Hoc etiā voluit
panor.in.c.nō ſatis.exť eo.vbi dat theoricā cōficī-
endi inſtm qū aliq̄ puella recipiť ī monialē.vt ſi
deť aliq̄d ex pacto. ℔ poſtea ex denotōe ſua ipſa of-
ferat aliq̄d monaſterio vel pī. Secūda cōcluſio. q ſi
monaſteriū ē abundās:nullꝰ eē dz tractatꝰ de tpa-
libus ī receptōe. Et hoc ē p cōem abuſionē.q; q̄to
monaſteriū ē abundātiꝰ:tāto plus volūt maiores
dotes. Sponte tū oblata pōť recipe. Et ſi quident
haberēt intētionē ad tpalia pncipaliť.nulla tū inē-
ueniēte pactōe vel cōuētōe ſeu exactōe ſm Ray.
eſt ſymonia mētalis q̄ p ſolā pniam aboleť.nec in-
currūt penas eccleſiaſticas. q ſi puella ētis ē recep-
ta ⁊ pentes pꝰ receptionē nil volūt dare monaſte
rio cū tū ſit tenue.dic Mo.q moniales pōť agē ꝺ
patrē p alimētis filie vel ſi pī ē mortuꝰ:pōť ad ptē
ſue hēditatis agē.vt in autē. de ſan.epi. F. nullam
col'.ix.nec pōt puari legitima p ingreſſu religiōis:
niſi ipſa iuri ſuo renūciaſſet. Si autē nullū fiat pa-
ctum. ℔ taxatū eſt q̄ntū ingrediens debeat dare.p
ingreſſu.⁊ ſm hoc datur: ſymoniacū eſt et repro-
batur talis taxatio ſm Mo. Idem ſi fiat pactum

de seruanda consuetudine.extra eo.veniēs. Idez si gratis recipiatur ꝛ postea compellat ad seruandam consuetudinē.extra eo. Jacob. Hoc tñ fm quosdā intelligit qñ cōpellit ab ipsis recipientibꝫ: quibꝫ nihil dandū est qñ reḡrunt in debitū. Per supiozē tñ bene posset cōpelli ad obseruantiā laudabilis cōsuetudinis.

¶ Si q̄s seruit religiosis ꝓpt̄ ꝓmissionē sibi factā sez' p' certū tps recipiet ad religionē.al's nō recipiend' symoniā vtraq; ps cōmittit.j.q.ij.q̄pio.

¶ Si recipiētes exp̄mūt cōditionē de aliq̄ dādo ꝛ recipiēdus timēs repelli si ꝺdicēt tacet ꝓponens tñ in mēte nihil dare fm Guil. ingressus symoniacus reputat.q; taciturnitas hz ꝓ ꝓsensu.exq̄ non ꝺdixit illicite pactioni.de re.iur'.q̄ tacet.in.vj.

¶ Jtē cū timēs nō recipi dicit abbati.si vellet' me recipe darē vobis oīa bona mea. ꝛ sic habito sup hoc cōsilio:abbas cū cōuentu recipit eū fm Guil. symonia est:saltē ex pte offerētis:etiā si nō intuitu ꝓmissionis ē recept' fm Tan. Hon. Ho. ꝛ Ber. nec ibi pōt remanere nisi secum dispenset teneat tñ ad aliū monasteriū trāsire.si religioni se obligasset Sed si talis hoc simpl'r diceret.nō intēdens p tpalia accipe ingressum religionis ꝛ declarare intentionē suā.s.q; intēdit trālire cū bonis suis ꝛ recipientes etiā ad bona tpalia ꝓncipaliť nō respiciūt in foro pnie nō video q̄re sit symoniacus. Et si in foro causa'.hec Archi.flo.

¶ Jtē si q̄s ꝓcurat q; fili' alicui' recipiat in monasteriū nō facta aliq̄ cōuētione.ꝛ post receptionem talis q̄ ꝓcurat sollicitat patrē illius vt cōferat aliq̄ monasterio fm Guil ē quidē symonia qñ ille non ꝓcurasset aliť illū recipi nisi qz sperabat illū aliq̄d datuꝝ monasterio vel si tūc hoc nō sperauit.tñ petit aliq̄d dari monasterio ꝓ receptione ipsi'. Sed si nō ex hoc.ꝛ al's sollicitat eū q; sit deuotus monasterio sicut dz esse ex deuotione ꝛ dilectōne orta ex receptōe filij cōferat monasterio nō ē symonia.

¶ Jtē monachi q̄ dant aliq̄d abbati vel epō ꝓ ꝓioratibus fm Guil.si in illis ꝓioratibꝫ est aliq̄d ꝑpale.ꝛ li ꝓvel ꝓpter dicat appciationē vel cām principalē:symonia ē. Jtē si ꝓ receptōe alicui' ponatur cōditio seu pactio ex vtraq; pte ingredientis ad religionē ꝛ recipientis de aliq̄ dando.ꝛ ante q̄ recipiat vel acceptet vtraq; ps renocat cōditionez ꝛ sic gratis recipit fm Guil.nō est symonia.dū tñ nō sit corrupta intentio q; nō obstāte renocatione ꝓncipal'r det ingressus intuitu tpaliū. qz tūc esset symonia.ꝛ mētalis tñ. Si autē iā receptus ē ante renocationē ipso facto ē indign' ipso monasterio: qz est symoniacus ingressus. Jtē si q̄s ꝓmittat alicui q; post biennū recipiet si tñ interim dicicerit talē artē vel steterit in scholis. Et sic recipiat tunc ꝛ nō ante fm v̄v. nō est symonia.qz pinde est ac si dicēt induem' te si interim reddideris te idoneuz ad addiscendū tale q̄d. Puta si haberēt intētionē ad lucrū tpale alicui' artis de q̄ pactū fuit;q; discat esset symonia.s.munus ab obsequio.

¶ Jtē si q̄s seruit in ecclesia vel hospitali.puta.ad pulsandū cāpanā:faciendus matriculā ꝛ hmōi ꝓ pecunia.siquidē tali officio sit annexū ius spūale, est symonia fm Ray. Secus si nō est annexū ius spūale. Dz ibi posset esse turpe lucrū qñ videlicet nō est cōsuetū talia vendere vel emere. Sed si consuetudo habeat talia locare ꝛ hmōi pōt fieri.viij. q.iij.cōquestus.

¶ Quid de ꝓfraternitatibꝫ in quibꝫ statutū est q; null' recipiat nisi ꝓmittat vel iuret se datuꝝ tātū ānuatim. Rñ.q; cū hmōi cōfraternitates nō ꝓpt̄ vere dici q; sint religiones ꝛ q̄dā ꝓgregationes ad benefaciēdū: nō hz ibi locū symonia qñ potius illa datio tpaliū ab eis imponit ꝓ elemosynis faciendis captiuis ꝛ hmōi laudabile ē ꝛ tales cōfraternitates bone sūt.xlij.di.si q̄s despicit. Et silr si oz q̄se mel in āno vel mēse cōueniāt ad tractādū de salute aīe ꝛ de agēdis ꝛ ꝓpt̄ hoc fiunt expēse inutū ē vt ponāt int' se aliquā q̄ntitatē. Jō tale statutū videt licitū. Tñ ad oēm ambiguitatē tollēdā fm Guil. tutius esset q; hmōi statuta fierēt sub forma affirmatiua.puta.si q̄s dederit tātū recipiat i fratrē.ꝛ nō ꝓ verba negatiua.s.q̄ nō dederit tantū nō recipiatur. Scōm aūt Ray.iuramentū in hmōi non apponat ꝓpter piculum piurij.

Symonia.vj.

De pena ꝛ dispensatione.

¶ Que sit pena eius q̄ symoniace ordinatus ē. Rñ.fm Ray.nō recipit executionē ꝛ ē ipso iure suspēsus q̄ ad se ꝛ q̄ ad alios etiā si occultū sit.ex eo.tanta. Et nō solum est suspēsus ab ordine quē symoniace recepit ꝛ etiā ab actibus oīm aliox fm v̄v. Idem Inno. ꝛ addit q; etiā in tpalibꝫ ꝛ ꝓ pūs pdit administratōnē.lxxxj.di.eos Jtē dz puniri depositōne ꝛ infamia.si de crimine pstiterit.ex de accu.in q̄sitōis. Jtē ñ pt recipe pecuniā quā dedit eo q; turpit dedit.xiij.q.v.nō sane.

¶ Que sit pena ei' q̄ ordinē vel beneficiū contulit symoniace ꝛ ei' q̄ fuit mediato'. Rñ.fm Ray.si ē manifestū ipso iure suspēsus ē etiā q̄ ad alios.ex eo. accusatū. Si vo ē occultū suspēsus est q̄ ad se tñ. sicut ꝛ q̄libet criminosus.ex eo.ꝛ si qōnes.

¶ Que est pena eius q̄ recipit simplex beneficium symoniace. Rñ.fm Ray. In primis est suspēsus eo mō vt dictū est s. primo. §. Jtē tenet renūciare beneficio ꝛ restituere oīs fructus pceptos.ꝛ q̄ percipi potuissent.xiij.q.vj.si res.ꝛ de resti.spo.c. grauis.nisi illos q̄s expendisset in vtilitatē ecclesie Mā ꝛ qui depōdandi aīo accessit ad negocia mea: hz actionē ꝛ me. Et hz nō habeat i id q̄ sibi abest tñ hz in id in q̄ ego locupletio' fact' sum. vt.ff.de ne.ge.l.si pupilli. §. ꝛ et si q̄s. Et eodē modo tenet ad restitutionē ille q̄ nō cōmisit symoniā. tñ alius ꝓ eo scienter cōsentiente cōmisit vel si ꝓs ignorauit ꝛ postea qñ sciuit nō statim renūciauit.talis tñ de illis fructibꝫ nō tenetur quos pcepit q̄diu fuit bone fidei possesso'.q̄ ꝛ iā cōsumpti sunt.ꝛ de exactantibꝫ tenetur. C. de rei ven.l.certū. Con. Hos. Ho. ꝛ Tho. Jtez q̄uis symoniacus in beneficio si occultū est nō sit suspēsus ipso iure.ꝛ suspendendus.j.q.iij.c.j.ij.et.iij. Tñ rōe illi' beneficij symoniace queriti.nō ministrabit sine pctō.nec spūaliť nec tpaliť. Dz si notoriū ē ipso facto ē suspēsus ab actibꝫ oīm ordinuz.ꝛ ab administratione tpaliū.vt

Inno.dicit vt dictum est ꝫ.in.j.ff.

¶ Que sit pena eius q̄ recipit beneficium cū cura vel dignitate symoniace. Rñ.fm Boff.pter penas nūc dictas. Idem iudiciū est ō eo sicut de illo q̄ recipit symoniace ordinē.s.q̄ suspensus est.7 q̄ ad se 7 q̄ ad alios. Cum ḡ executōez nō hēat: q̄cq̄d agit saltem de illo officio: suspensus agit 7 animas decipit, extra ō elec. dudum.el.ij.

¶ Quid si ipm monasteriū vel eccl'ia fuit in culpa. vt si aliq̄s dedit pecuniam monasterio vt recipiat. Rñ. fm Ber. ei dz restitui vt cū ea aliq̄ō monasterium intret: ne sit onerosus scdo monasterio nec eccl'ia vel monasteriū cum tali fraude dz eē in lucro. nec ex eodem facto dz pseq̄ penaz 7 pmium ff. de ne. ge. l. siue hereditaria.

¶ Quid si q̄s dedit pecuniaz p hñdo ordine. R°. fm Guil. si ipse nō hēbat beneficiū ecclīasticū. dz illa pecunia cedere illi eccl'e cathedrali in cui⁹ igno miniam data est. Si vo hēbat titulū alic⁹ beneficij ad quem debebat gratis ordinari: illi beneficio restituenda est.

¶ Quis possit dispensare cū ordinatis symoniace R°. fm Ray. Si crimen ppetratū est nescientib⁹ ordinatis: tunc postq̄ simpl'r renūciauerit in executione ordinis pōt eps dispensare. ex eo. de symoniace. nisi pecunia fuisset ipsi epo data: tūc nō posset dispensare. ppt turpitudinem suaz: ꝫ papa. j. q. j. erga. Posset aūt successor illi⁹ vel alius ordinari⁹ vtpote si hēret domiciliū vel beneficiū in alio epatu vel etiam archiepus q̄ etiam in hoc casu posset dispensare fm Ray. Sil'r cū illo q̄ scienter suscepit ordinem symoniace: nō tñ ministrat. posset epus dispensare in ordinib⁹ rite ante susceptis. non autez in illo quem symoniace suscepit. nec etiam q̄ recipiat alios ordines ante dispensatōz: q: pmot⁹ eēt p saltum. Concor. Albr.

¶ Quis pōt dispensare cum illis q̄ recipiunt simplex beneficiū p symoniā. Rñ. fm Ray. Si ignorantib⁹ ipsis factū est. pt eps dispensare. vt etiam de nouo pferat eis idem beneficiū. postq̄z ei pure ac simpl'r renūciauerint. ex e. de symoniace. Hoc aūt intellige: si etiaz epus ignorauerit. naz si scient ptulisset: nō ipse. ꝫ supior posset dispensare. Si vo ribus. idē Tho. 7 Wl. 7 fm Guil. itelligit hoc. q̄ cū talib⁹ nō possit dispensari nisi p papaz. nec in isto beneficio. nec in alio si remanēt in seculo. Concor. Tan. 7 Wo.

¶ In multis casib⁹ symonie pōt epus dispensare post ltimaz pniam. Primo. cū illo q̄ beneficiū vel etiā ordinē ptulit symonice. vel q̄ fuit mediator symonie dum tñ sit occultū. Item cū eo q̄ inī posuit pces carnales. etiaz p nō digno. nulla tñ inī uenīente pditōe vel pacto. 7 hoc pōt si ipse epus ab hoc pacto sit imunis. Alioq̄n metropolitan⁹. Intelligē fm Guil. qñ talia de psuetudine petūt ei. Itē pōt eps dispensare in symonia q̄ pmittit circa exequias defunctoz. Itē in psecratōe cimiterij 7 sacrorum vasoz. In benedictōe vestiū. In bñdictione cris matis. aq̄ bñdicte vel salis. aut panis bñdicti. In benedictōib⁹ nubentiū. In oīb⁹ his eps nō ē phibit⁹. iō pt. ar de sen. ex. nup. 7 addit fm Ray. q̄ eps pōt etiam cū illo dispēsare: q̄ ordinē symoniace recepit. 7 nō ministrauit in rite aī susceptis. Itez cū eo q̄ recepit symonice beneficiū postq̄z resignauit in executōe ordinū. Et fm glo. ei⁹ tā susceptoz ante bñficiū q̄ post. nō āt vt recipiat nouos ordines. nisi forte intret religionē: 7 symōia eēt occulta sec⁹ si manifesta. Est āt occulta symonia: de q̄ non pstat p sniaz vel pfessionē in iudicio factaz. Aut p rei euidētiaz q̄ nulla possit tergiuersatōe celari fm d. glo. Inno. ēt dic. q̄ symoniaci in benedictōib⁹ 7 hmōi si occulti sīt: lz sint suspensi q̄ ad se: sic alij criminosi. tñ pt⁹ pniaz licite celebrāt. ꝫ bñficiū q̄ō symonice hītum ē retineri nullo mō pōt.

¶ Quid si aliq̄s credit pbabil'r sibi eē collatū bñficiū vel ordinē ppt obsequia. vl' ppt pces carnales. a se vel ab alio inī positas. R°. fm Ray. si al's erat idign⁹ dz resignare: q: pces succedūt loco pcij. Si vo dign⁹ est: nō tenet. ꝫ sufficit penitere de mala intētione. ex eo. c. fi.

¶ Utr eps possit dispensare cū eo q̄ est symoniacus in dignitate. Rñ. fm. Inno. ex eo. nobis. q̄ ñ Immo. etiā cū nullo symoniaco sciēter pt eps dispensare q̄ pmoueri possit ad dignitatē etiaz p q̄ nō fecerat symoniaz. j. q. j. erga.

¶ Utr eps possit dispēsare cū electo symōiace q̄ postea eligat. Rñ. si electio reprobata ē ppt symōiaz: ēt quā elect⁹ igrauit. nec postea ratū būit: nihilomin⁹ nō pōt epus illa vice dispēsare. sec⁹ de simplici bñficio. s. qđ nō ē dignitas: si igrant recipiat. q: p⁹ resignatōz eps dispēsare pōt: vt ei pferat. ex ō elec. si alic⁹. Circa tñ hāc māz symōie multa inouata sūt p multas ex̄ua. s. martini. v. q̄ incipit. Multe. Itē in alia Eugenij. iiij. q̄ incipit. Cū detestabile. 7 in alia Pauli. ij. q̄ incipit. 7 si dñici gregis. q̄ vlt censuras ibi positas, phibet ne aliq̄s pfesso: p q̄scunq̄ grās vbo vel scripto pcessas. vel pcedēdas audeat quēq̄ absoluere irretitū dicta symonia sup ordinib⁹ vl' beneficijs assignandis in curia vel ex̄ pcta. vel ēt irretitū in aliq̄b⁹ casib⁹ ptentis in pcessu curie pterq̄ in mortis articulo. 7 tunc iuxta modū q̄ ptinet in dicto pcessu.

¶ Dz q̄d de taxis q̄ soluunt in curia. an pmittat symonia. R°. fm archi. s. q̄ in soluēdo annatā seu pmos fruct⁹ p bñficijs q̄ pferunt in curia p facie do alias expēsas p bull' expediēdis vel dispēsationū vel alia⁹ grā⁹: nō indicat factū in se symoniacū. q: ñ p modū appciatōis ordiatū ē dari. ꝫ p modū subuent ōis curie. Justū ē enī vt q̄ p tota eccl'a laborāt: ab eccl'ijs sustētent. Et sil'r papa nō pmitteret symoniā si alicui epatū vel aliud beneficiū cū hoc onere daret: vt ānuati daret de redditib⁹ alicui psone. vl' loco certā ptē p suis necessitatib⁹ fm Tho. Facit ad hoc psuetudo antiq̄ romane curie vbi fuert multi p ōtifices 7 cardinales laudabilis vite. 7 nō mediocris scie. Itē dādo pecuniā p bullis pficiendis p bñficijs vel alijs ḡtijs obtētis. fm taxatōz factā ab his ad q̄s spectat. ñ iudicat symonia. q: nō dat p spūalib⁹ cū iaz obtenta sint ꝫ p labore scriptoz cū nō sint a curia al'r salariati. nec ē ꝺ capl'm sic ēpm. j. q. ij. q: illud intelligit qñ notari⁹

vel scriptor est salariatus sufficienter. vel etiam cū scriptura opaꝫ ad ordinem vel beneficiū recipiēn. Alīs sine ea nō habitur⁹. hoc aūt nihil ad hoc opaꝫ qz iam obtētum est.

¶ Sz qđ de epis q̄ in collatōibꝫ beneficiorū ad eos spectantiū petūt ēt certā taxā ꝓsuetā. vel statutaz. R⁹. si hūt sufficiētes reddit⁹. vt decēt nō fm pōp. ꝫ fm exigētiā sui stat⁹ viuere possint. nō excusant a symonia. j. q. iij. ex multis. vbi aūt nō sufficiant reddit⁹ vident posse excusari dictas taxas recipiēdo. ita tū q ꝓpt hoc nō dent beneficia. nec aliquaz pactiōem faciant vel ꝓuentōz. ar. j. q. ij. cū pio. Sz post collatōez factam idonee ꝑsone pūt petere. ad fuandum ꝓsuetudines laudabiles.

Societas. Pone qs ꝓmittit pecuniā bonafide alteri vt inde lucret. z hēat inde ptē de lucro. vtr liceat. Rñ. fm alex. de alex. q ꝓmissio pecūie fiēt ꝑt duobꝫ mōis. vno mō qz fit trāslatio pecūie siue rei ꝓmisse ī toto vel ī pte ī dñiū illi⁹ cui ꝓmittit. z ꝑ pecūia sic ꝓmissa nō lz aliqđ spare sic ñ lz aliqđ spare ꝓ re altēri⁹. Scdo mō fit ꝓmissio pecunie vel alteri⁹ rei. ita q ñ trāsfert dñiū: ꝫ remanet tota res ꝓmissa ī dñio ꝓmittētis. z hoc mō cōmittēs ꝑt sperare lucr̄ sicut de re sua. Et ꝑ ꝓns qđ accrescit sorti sic rei. ꝓprie iusto titulo possidet. Nec est sile de mutuo z comodato. qz in mutuo pecunia stat in piculo illi⁹ q̄ accepit. ñ sic in pecunia comodata q̄ stat in piculo comodātis. Et iō ꝑt licite spare lucr̄ ex pecunia. oz aūt q pecunia tota sit comodata. qz si ꝑtim eēt comodata. z ꝑtim mutuata posset eē ibi viciū vsure. Si enī aliqs ꝓmittit alicui ī. ita q medietatē ei mutuet. z aliam medietatem suo retineat dñio: ita q ille cui ꝓmittit debeat de illis negociari ad lucr̄. Dico q hmōi lucr̄ hz vicium vsure. qz spat nō solū ex re ꝓmissa: ꝫ etiam mutuata lucr̄. Et iō ex mutui adiectione generat vicium in toto ꝯctu.

¶ Scdo q̄ro. quō in ꝓmissione talis pecunie ꝓmittat vsura. Rñ. fm Ri. in. iij. di. xv. ar. v. q. v. q h⁹ ꝓtigit q̄drupl̄r. Primo. qñ capitale z lucr̄ ponūt sub certitudie. Scdo. qñ capitale ponit sb certitudie z lucr̄ sb fortūa. Tercio. qñ lucr̄ pōit sub certitudine. z capitale sub fortuna. Quarto. qñ vtrūq; ponit sub dubio. Primis tribꝫ modis. accipiens vltra sortem: tenet ad restōem: qz ꝯctus sunt vsurarij siue directe siue īdirecte siue implicite siue explicite. Et qz ō tercio mō nō est ita clar̄ sic de ꝓmo z de scdo. iō ꝓbo qđ dictū est p. c. fi. ex eođ. vbi dī. Nauiganti vel euntī ad nūdinas: certaz mutuans pecunie q̄ntitatē. ꝓ eo q̄ suscipit in se piculū recepturꝰ aliqđ vltra sortem; vsuran⁹ est censendus. qz nisi fuerit culpa vel negligentia illi⁹ q̄ accipit. raro accidit q pecunia quaz mutuo accepit peat. vñ ille q̄ in isto casu dat mutuo pecuniam. hz in fauorē suum illud qđ accidit sepe. nec hz ꝯ se nisi illud qđ accidit raro. Quarto mō accipiens vltra sortē aliqđ restituere non tenet. qz rōne verisimilis dubij ꝯctus hmōi excusat. d. c. fi.

¶ Tercio q̄ro. q̄t modis variat ꝯctus societatis: Rñ. fm Alex. de alex. q triplr. Aliqñ. n. vn⁹ pōit tm̄ pecuniā. z alt̄ opam cōpalē. Aliqñ vn⁹ ponit pecuniā z opam. z ali⁹ pecuniā vel opaz tm̄. Aliqñ ambo ponūt in societate pecuniā z opaz. z in oibꝫ fuanda est eq̄tas: ne aliqđ fiat in fraudē vsurar̄.

¶ Et ex p̄dictis ꝑt patere de. q. j. scripta. z erit. q. q̄rta in ordine. Quid ō his q̄ tradūt mercatores. C. ducatos. eisdez oīno reddendos. z si inde lucrat⁹ fuerit: tantū teneat dare de lucro vel det eis q̄ntuz eidē placuerit. Si vo nihil lucrat⁹ fuerit. nihil eis dare teneat nisi tm̄° capitale. Rñ. fm Bal. in. l. j. C. ꝓ socio. q iste ꝯctus sapit vsurariā ꝓuitatem Et iō q̄đ capiūt de lucro minuit sortem. Non enī est ista societas: nec ex forma ꝯctus nec ex natura. Ex forma nō. qz est ꝯctus mutui. ex natura nō qz est ꝯ naturaz societatis q vn⁹ hēat caput saluū z alius fractum. vt. ff. e. l. mutuis. Et iō illud qđ legit̄ z notat̄ in. c. ꝓ vras. de do. inť vir̄ z vxo. dz intelligi q̄ pecunia dat̄ ad ptem lucri z dāni: q cōtract⁹ tūc ē licit⁹. Jo. tñ an. vt recitat Pano⁹. in. d. c. ꝓ vras. tenet vt pecunia possit ponī apud mercatorē cū hoc. vt capitale sit saluū: z q de lucro soluat̄ certa ps. z dicit Pano⁹. hoc eē singulare dictū z nō alibi positū. Et vide hāc. q. plen⁹ tractataz ꝑ Post. in sum. vbi tenet exp̄sse valere pactū q ponēs pecuniā nō sentiat damnū in capitali. qz hoc pactū non est ꝯ ꝫ ptez naturā ꝯctus. Pactum aūt inť positū ptez naturā valet. vt. l. j. ff. depo. z in. c. vnico. ō como. Dicit tñ postea q si capitale eēt pditū casu fortuito debēt deponēs ī foro aīe ī̄mittē. ꝫ Pano⁹. tenet q talis nō sit honesta z licita societas qñ posset ꝓtingere q deponēs opam sentiret dānum in opis amissis z in capitali pecunie. qđ est ꝯ naturam societatis: cum societas sit q̄dam fraternitas. l. vez. ff. ꝓ socio. Et ꝓ hoc allegat bonam glo. in. c. plerīq. xiiij. q. iij. q̄ dicit ad hoc vt societas sit honesta z licita inť ponentē pecuniam z ponentē opam. oportet q ponens pecuniam sentiat de lucro z damno. Idez videt sentire Jo. cal. in. d. c. fi. Et ad. §. de illa. Jnsti. ꝓ socio. q multū obstat vbi dī valere pactū. vt alt̄ non sentiat de damno: ꝫ lucro. Rñ. Cal. q intelligit nō de capitali ꝫ de damnis z de lucris cōtingentibꝫ: saluo capitali. vel dic q ille tex. ꝓcedit quo ad dantem opam. Est enī licitum pactū ex ꝑsona ipsi⁹: vt ipse nō sentiat damnuz. s. Amissum in capitali. rō qz sentit damnū in opa. Nam tantū affert pecunia illi⁹ q̄ntū opa alterius. Quinimo vt dicit ibi tex. opa z industria pōt esse tanta q valeret pactū q ipse lucret duas ptes z terciam hēat ponens pecuniam. Jn dubio aūt cum duo ꝯbunt societatē. z vnus ponit pecuniaz z alter opam. videt actū vt lucr̄ equaliť diuidat inť eos. De hoc est glo. notabilis quam omnes tenent in. d. l. j. Nec. d. c. ꝓ vras. ꝯdicit p̄dictis. cuz nō dicat q capitale debeat eē saluum. nec est spāle in pecunia dotali: vt q̄dam somniauerūt. nec etiaz credas q sit licitum pacisci a ꝓcipio: vt deponēs hēat. x. ꝓ. c. vel aliam q̄ntitatem. sicut faciūt q̄daz vidue: credentes hoc eis licere p tex. in. d. c. ꝑ vras cum opinione Jo. an. nam nō licet ex pacto q̄ntūcūq; minimū cape ex pecunia si nō subiūcit se piculo. xiiij. q. iij. ꝓ totum.

Et p̄ p̄dicta patz q̄d dō̄m de his qui mutuant pecuniā ad negociādū. hoc pacto q̄ capitale sit salvum. i. si pit: q̄ peat mercatori. z si q̄d lucr̄ interveniat: illud dividat. Et dic q̄ p̄ctus est vsurari⁹. Et idem est in effectu cum casu p̄cedenti; licz sub alijs verbis.

Quinto q̄ro. Pone q̄ aliq̄s ponit in societate opam tm̄. Alius ponit lib. xxx. ad terciam ptem lucri z damni: hoc est ad lucr̄ z damnum. x. lib. xx. remanentibz sp salvis. Hoc casu posito: nisi ille qui opam ponit mercedem recipiat p laboze quem sustinet p̄ mercio. x. lib. quar̄ lucr̄ z damnum spectat ad illum q̄ pecuniam dedit: vsurari⁹ est q̄ pecuniam dedit. Nam. xx. mutuauit mercanti p̄ mercio. x. ptinentium ad lucr̄ z damnum illi⁹ q̄ pecuniam dedit: cū sit recepturus. xx. q̄ non stant periculo suo sicut z illi⁹ q̄ opaz gerit. q̄ eque bene deberent stare. xx. ad lucr̄ illius q̄ opam ponit. quia q̄ hz onus. p̄uenies est vt hēat emolumentū. Et io si iste q̄ opam gerit nihil hēat p̄ mercede laboris exhibiti in lucro. q̄ accidit illi q̄ pecuniam dedit: vsura p̄mittit. q̄ posito hoc casu. ille q̄ pecuniam dedit nihil dz hīe p̄. xx. ad similitudinem mutuantis q̄ rōne mutui nihil p̄t hīe vltra sortem. Q̄ñ em̄ p̄hibit societas. ita q̄ vnus ponit pecuniaz z alius opam. licitum est: dum tm̄ fuer̄ eq̄tas sociis. hoc aūt nō est in p̄posito. q̄ si mercator recipiens pecuniam z ponens opam: post q̄ emit merces p̄deret eas: p̄deret. xx. z opam coꝛpalem. Collator aūt pecunie nō p̄deret nisi. x. z non opaz coꝛporalem. Casus ergo nō est licitus. z in fraudem vsuraz factus.

Sexto q̄ro. q̄d si vidua tradens quantitatē pecunie cum pacto p instr̄m firmato. q̄ mercator eā accipiens teneat ei reddere dimidium vel duas partes lucri absq̄ omni piculo capitalis. an restituere obliget hmōi lucr̄ z peccet mortaliter: cū tm̄ apud se intendat firmiter q̄ q̄cq̄d de capitali debite mercando sine illius culpa p̄dat: sibi peat z nō mercatori. Rn̄. san. Ber. q̄ ista mulier restituere non teneat̄ p̄petens lucr̄ exinde habitū: lz tm̄ peccat mortaliter. q̄ seipsam diffamat ex tali pacto vsurario tam apud mercatoꝛem q̄ etiam apud scientes de hoc. cū det ipsis occasionem scandali. Et etiam si ipsa morte p̄uenireꝫ dicto instr̄o nō destructo. heredes sui vellent forsitan q̄ in suo roboze maneret cui⁹cā efficax. p̄culdubio ipsa fuisset. z io teneat̄ intentōz suam antentice notam facere: ne forte morte subita p̄occuparet̄.

Septimo q̄ro. vtr̄ liceat tradere pecuniaz mercatori p mare navigaturo cum pacto q̄ si navis cum capitali piciteꝫ: mercator nō teneat̄ reddere tradēti capitale sue pecunie. q̄ si nō in mari: z mercando amiserit sibi ad totum capitale reddenduz teneat̄. z si lucratus fuerit hēat ptem lucri. Rn̄. q̄ p̄ctus iste est vsurarius: vtz ex eo. c. fi. Et rō est. q̄ capitale pecunie solum erat ad piculū tradentis: dum mercator erat in mari: vel itinere. Et sic p illo tp̄e tm̄ currebat ad suum piculuz. In actu tm̄ z vsu mercandi vel p̄mutandi: solum currit ad periculum mercatoris cui traditum est. z io respectu illius actus z vsus est ipsius mercantis. p̄terea p talem actum ipsi lucrat̄: sicut z sibi soli p̄dit̄. scdo etiam in hoc casu est ineq̄litas z iniusticia cum tradens eligat sibi meliozem ptem. z mercatoꝛ velit deteriozem. Nam multotiēs in actu mercandi z p̄mutādi amittunt̄ merces z capitale. q̄ amittat̄ in mari vel in itinere: g̃ p̄ctus oīno illicitus est. hec san. Ber.

Octauo q̄ro. q̄ñ vnus ponit pecuniam tm̄. z alter opam tm̄. ex q̄bz ptibz isti intelligant̄ socij tam in lucro q̄ in damno. Rn̄. Bal. in. l. j. C. p̄ socio. q̄ ex ptibz equalibz. nisi aliud actum sit. Et est rō. q̄ societas hz instar fraternitatis. vnde sicut inter frēs dz fuari equalitas. sic inter socios. ff. p̄ s. l. si non fuerint.

Nono q̄ro. Pone q̄ in divisione societatis p̄t longa tpa: z multos sudoꝛes p̄cedentes nō inuenit̄ nisi solum capitale saluum. An totum illud capitale debeat hīe ille q̄ illud posuit. an vo debeat equaliter dividi. Glo. in. l. j. C. p̄ socio. dicit q̄ dz equaliter dividi: nisi aliud actum sit. z hoc de iure De p̄suetudine aūt dicit q̄ capitale dz esse saluuz. Jac. de are. dicit q̄ nō solum de p̄suetudine: z etiā de iure est q̄ capitale sit saluum. Idē tenet Bart. in. d. l. j. Quare em̄ socius meus dz hīe pecuniam. Et si dicis: q̄ ponit opam. R. q̄ p̄cium ope intelligit̄ esse coꝛrīdens infusoꝛio pecunie: nō aūt ipsi sorti. Ꝓ̄o inde si vnus ponit comoditatē ope: eq̄dem z alter ponit comoditatem pecunie. nō autē p̄rietatem. Finge em̄ q̄ vn⁹ ponit in societate. x. milia. alius opaz tm̄. Certe hic nulla p̄t esse p̄porcio: nisi de comodo ope ad comodum pecunie: nō ad ipsam talem sortem. Propterea illud est exp̄ssum q̄ñ. s. in societate ponit pecus ex vna pte z ex alia opa pastoralis. Ideo sicut ibi sola damna vel comoda in obuentōibz sunt p̄munia: nō aūt ipm̄ pecus. vt. l. cuz duobz. ff. p̄ socio. sic hic vt dicam⁹ q̄ intelligat̄ in dubio poti⁹ in societate posit⁹ vsus rei q̄ ipsa res. Et ad hoc facit socidū ouium. q̄ fetus. lana z hmōi dividunt̄: nō oues socide date. z lz capita sint mortua: tm̄ societas in fetibz durat. ff. e. l. si id q̄d. Et hoc q̄d dico q̄ oues date in socidaz nō sunt cōes: intellige capitale ipm̄. si inestimatū datū est. Et hec est natura societatis q̄ est q̄dam intrinsecuz oīb̄z p̄ctis: q̄d nihil aliud est q̄ dispō q̄dam: quam lex vel p̄suetudo statuit sup̄ p̄ctum. vt. ff. de pac. l. si vn⁹. Ang. tm̄ de pusio in q̄daz suo tractatu dicit q̄ si aut ex pacto. aut ex p̄suetudine piculū capitalis erat cōe: tūc cōiter dz dividi inter eos. aut piculū non erat cōe inter eos. q̄ pactū de periculo nō inuenit: nec ex p̄suetudine etiam est q̄ piculū sit cōe. z tunc totū capitale erit illi⁹ q̄ totum posuit. Congruit hec arbitrio boni viri: vt ille q̄ ptic̄patur⁹ nō erat de piculo: non ptic̄pet de ipso capitali. Esset em̄ q̄si ius fraternitat̄. l. vez. ff. p̄ socio. Itē cum ille q̄ pecuniaz ponit eius comoditatem p̄municare dicat̄ illi q̄ opas tm̄ ponit. z ille q̄ opas ponit cōicet fructum sue p̄sone tm̄. Et ideo capitale non est p̄municandum. Et hec opinio Ang. si bene inspicit non videt̄ p̄trariari opinioni. Jac. de are.

Decimo ḡro. Pone q ip̄m capitale est pditum vel diminutū aduersa fortuna. Nunq̄d ille q̄ ponit opaz teneaꝫ aliq̄d pferre ei q̄ posuit pecuniam ꝛremplū in diminutiõe. ponam⁹ q ego posui in societate. xx. ⁊ sint pdita. x. vtz debeas mihi refice re. v. vī q sic. q: damnū dz esse cõe. vt. l. si nõ fuerit ff. p socio. vnde si totum damnū eēt meū: eēt ꝑ naturam societatis. Contrariū determinat glo. in. d. l. si nõ fuerint. dicẽs. q ille q̄ ponit opam suam nũq̄ se obligasse vī ad damnū sortis. Sufficit enī dā num pditaꝫ opaꝫ. ⁊ hoc pbat: q: correlatiuoꝝ est eadē natura. vī sicut de capitali nihil lucraꝫ opaz ponens: ita de capitali nihil damnificari dz. Si āt lucrareꝫ. ita ⁊ damnificari debēt: q: de ꝛijs eedez danꝫ regule. ff. de fur. l. manifestissimi. Quidaz āt dicunt q aut pecunia est statim pdita. ⁊ tūc damnū dz esse cõe. Aut post opas p̄stitas. ⁊ tūc sufficit damnū opaꝫ. ⁊ hanc opi. dicit Cy. esse eq̄rẽ. Ja. aūt de are. dicit indistincte q damnū est cõe. vt. ff. e. l. cum duob. §. q̄dam sagariam. Bal. vo. in l. j. C. p socio. dic q tenus est cõe lucꝝ: eaten⁹ ē cõe damnū ⁊ nõ alr. Et hoc vī ver⁹. Et hanc opi. tenet san. Ber. nec pt ꝓbari q pdiderit opaz manualem. nam alius pdidit intulorum pecunie sue. ꝛ si nõ apparet q̄liter sit ꝛcta societas. intelligiꝫ ꝛcta fm ꝓsuetudinẽ regiõis. ⁊ inꝫ mercatores fm ꝓsuetudinem inter mercatores. vt. ff. de edi. edic. l. q si volit. §. q: assidua.

Undecimo ḡro. pone q in societate vterq̄ ponit mixtim pecuniam ⁊ opam. ꝛ vnus maiorẽ pecuniam q̄ alter. nunq̄d ptes lucri erūt eq̄les eq̄litate ꝓportionis. Verbi gr̄a. vn⁹ ponit ptes duas. alter terciam. nam in lucro ⁊ damno q̄libet dz hr̄e ptem cozrñdentem ei qđ posuit in societate. ꝛ si de hoc nihil aliud exp̄ssum est. q̄si de hoc tacite inter eos actum esse intelligaꝫ. vt q̄ plus oneris ⁊ piculi sustinet: plus emolumenti expectet. vt. ff. de re. iu. l. fm naturam. Et ita intelligiꝫ. d. l. si nõ fuerit. in ꝓncipio qđ est notabile ⁊ vez. nisi opa ⁊ industria vnius valde excederet opam ⁊ industriam alteri⁹ puta si solus nauiget. si solus pegrinet. si p se picula subeat. si solus stat firmus ad apothecam ⁊ silia vt d. l. si nõ fuerint. vñ ad arbitriū iudicis recurrendum est ac si hoc esset exp̄sse actum. vt. ff. p socio. l. si societatem.

Duodecimo ḡro. vtz damnū ꝓsone illius q̄ ponit opas debeat cõicari adinuicem. Rñ. Bart. in l. socium. in. §. socius. ff. e. suman do illū. §. dicit q damna ⁊ lucra ꝓtemplatõe societatis obuenientia sunt cõicanda. sec⁹ si ꝓtemplatõe ꝓsone obuenīāt: lz societas fuerit occasio. Et dicit q illud v̄bum. p pter societatem: pōt intelligi duob⁹ modis. Uno mõ hoc est ꝓtemplatõe societatis: tūc damna ⁊ lucra veniūt cõicanda. vt. l. cum duob. §. q̄dam. ff. e. Alio mõ pōt intelligi ꝓpter societatē. hoc est q̄ societas fuit occasio remota. v̄bi gr̄a. ꝓpter societatē habui necesse accedere ad curiam ꝓncipis. ⁊ dum coram ꝓncipe tractarem negocia placui ꝓncipi. ex q̄ donauit mihi castꝝ. certe hoc nõ fecit ꝓtemplatione societat⁹: ꝛ ꝓsone mee tm̄. lz nunq̄ habuisseꝫ nec accessissem nisi ꝓpter societatē. certe istud nũq̄ venit ꝓmunicandū. vt in. d. §. socius. in fi. Eodē mõ in damno. vtputa. dum eēm abūs ꝓpter societatez ꝓsanguine⁹ meus fecit testm̄ ⁊ instituit extraneum. qđ nõ fecisset si fuissem p̄ns. vt. d. l. socium. hec Bar. ⁊ sunt v̄ba aurea q̄ euacuant totam materiam circa hoc. ⁊ ꝓcor̄dāt. d. §. soci⁹. ⁊. d. §. q̄dam sagariam. q̄ vident ꝛrij.

Terciodecimo ḡro. quid si vterq̄ socioꝝ capt⁹ fuit: ⁊ vnus euasit. s. ꝓpter suā industriam. nunq̄d illud qđ esset dandū ꝓ sua redemptõe imputabit in societate. Glo. in. d. §. q̄dam. putat q teneaꝫ ꝑtem damni agnoscere ille q̄ euasit.

Quartodecimo. q̄d si vn⁹ ab amicis redempt⁹ fuit. Rñ. glo. distinguẽdo. an aīo remunerādi vt tūc agat: aut non: ꝛ donandi animo. ⁊ tūc nõ agit. Dz aliter in actione mādati. vt. §. nõ omnia. in. l. inter cās. ff. man. ⁊ ibi Bart. Idem Hanor. in. c. cum p cā. de. pcu. vbi q̄rit. Quid si ꝓcurator incidit in latrones dum iret ꝓ facto domini. ⁊ ab eis fuit spoliatus. vel in via fuit infirmitate oppressus. nunq̄d possit hmōi damna vel expēsas factas imputare dño. Et pcludit fm docto. q nõ. d. §. non omnia. Dcdo. q: hec sunt extrinseca a mandato ⁊ pot⁹ sunt imputanda casui fortuito. secus in duobus socijs vt dictum est. Albr. aūt dicit q mādator teneꝫ de his reb⁹ quas nõ detulisset mandatarius nisi mādatum suscepisset. de alijs aūt nõ agit sicut nec socius. Dz q̄tum ad medicos bene est secus. ⁊ rõ est. q: in societate ius est fraternitatis. secus in mandatore. vt ibi no. Et dicit ibi Accur. q ite⁊ ille. §. nõ omnia. de curialitate non dz fuari. Et fm alios. nec de iure si in casum fortuitum incidat nõ incurrit⁹ nisi ꝓpter impletõz mandati ꝓncipal⁹r. vt vult Inno. in. c. sicut. el. iij. de iureiu. Et p. d. §. non oīa. videt pcludi q si legati amittūt in legatõe sua equos vel vasa argentea quoc̄uq̄ casu nõ restituunt eis de publico. ⁊ iõ ꝓsilium est q negēt se hr̄e aīalia ⁊ alia ⁊ oīa nec̄ia hēant a republica: ⁊ tūc non tenebunt de casu. Bar. tm̄ in. l. si fus cõis. ff. de fur. pcludit q aut ille ambasaria fuit procurata. ⁊ tūc non dz sibi emendari. sicut nec procurator. d. §. non oīa. Si vo non fuit ꝓcurata tunc aut portabant res nõ nec̄ias. vtputa. ꝓpter põpaz duxerūt plures equos q̄s deberent vel alias res. ⁊ tunc nõ dz sibi emendari. vt. d. l. si fuus. §. qđ vero. q: est qđ eis imputeꝫ. Si vo portabant res necessarias. tunc iste res dñt eis emēdari. l. cum duobus. §. damna. ff. e. ⁊. d. §. q̄dam sagariaz. ⁊ Bar. dicit ita determinasse quēdam solēnem doct. hoc tm̄ dicit vez si dicte res pierūt nõ al⁹ pture. Sec⁹ si al⁹ fuissent pture naturaliter.

Quintodecimo ḡro. vtz vnus socioꝝ possit pacisci vt duas ptes lucri ⁊ vnam ptem damni ferat ⁊ alius ecõtra. s. duas ptes damni ⁊ vnā ptem lucri. Rñ. fm. d. Ang. q non. q: vn⁹ socioꝝ nõ pōt plus de lucro ꝑticipare. q̄s de damno. vt. l. mut⁹. ff. e. Silr nõ valet pactum q deducto damno vn⁹ hēat duas ptes lucri: alter vo vnam: nisi ille q̄ pl⁹ hz de lucro. tantūdem plus pecunie. operis. aut industrie in societatē posuerit. vt in. l. si nõ fuerint ff. e. Nota tm̄ q ī foro ꝓscie si p̄dicta pacta arbitrio

boni viri non faciunt deteriorem ptem alterius. licet ita vt q̄ plus posuerit pecunie: vel opere plus habeat. ⁊ hoc videt valde rōnabile. Non tñ valeret pactum. vt vnus tñ lucr̄ alter tñ damnū sentiat. Esset em̄ neq̄ssimum genus societatis: q̄ leonina appellat. vt. d. l. si nō fuerint. in fi. qōver̄ est nisi ille qui tñ opas posuit aliq̄d certum p̄ sua opa velit sine damno. qō posset: nō tanq̄ socius. ꝫ tanq̄ locator.

